



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

December.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

*Ultima trās-  
latio eius.*

fiæ rei gestæ monumenta continetur. De per-  
ni autem miraculo scaturientis indè liquoris  
medici ad curandos morbos, totus penè Chri-  
stianus orbis est testis: in omnes enim regio-  
nes ex eo fonte fluxere riui. Vnum verò  
brachium à Gregorio Papa cum adhuc diacono  
esset Constantinopoli delatum asserua-  
tur Romæ in Ecclesia S. Andree ad cliu-  
m Scauri: Caput autem eiusdem ad Aedes sacras  
eius germani Romam in vaticanum à Pio Se-  
cundo delatum decentissimè asseruatur.

*Brachium  
& Caput e-  
ius Romæ af-  
seruantur.*

## DECEMBER.

*Vide Tom.  
8. Annal. C.  
Baron.*

VITA S. ELIGII NOVIOMENSIS  
Episcopi Flandrorum Apostoli nuncupati: Et  
ea quæ est à beato Audoeno Rothomagensi Pra-  
sule eius equali conscripta. Migravit ex huma-  
nis anno Domini 665. Vitaliani Papa 11. sub  
Clotario Clodouei filio, Francorum Rege.

*1. Decem.  
Patria &  
Parentes  
eius.*

**S**ANCIVS Eligius, Lemouice Gal-  
liarum vrbe in villa Catalacensi ori-  
undus, parentes habuit ingeniosos  
cum primis & Christiana religione  
eximios: patrem Eucherium, matrè verò Ter-  
rigiam. Quæ cū filio grauida esset, vidit nocte  
quadam, secundum quietem insigni pulchri-  
tudine aquilam, supra stratam suam volitan-  
tem, & semel iterumque ac tertio se in clama-  
tem. Erat præsagium nascituri filij; quod præ-  
clara aliqua, in vita, polleret virtute, quæ cun-  
ctis admirationi futura esset. Igitur natus in-  
fans, cui pater Eligij nomen imposuit, antè  
omnia

*Visto matris  
eius.*

omnia magnum sagacis ingenij præbebat specimen: quem tamen parentes non liberalium artium studijs, sed Christiana ritè pietate imbutum mechanico operi admouerunt. Erat in vrbe Lemouica aurifaber, Abbo nomine, qui publicam fiscalis monetæ officinam gerebat; cui eodem artificio instituendus traditus Eligius, breui huius officij vsum plenissimè est assecutus.

Interea post aliquot annorum curricula, relicta patria Franciam adijt; vbi in intimam Regis Clotarij, artis suæ præstantia, peruenit notitiam. Volebat enim Rex eò tempore sellâ sibi auro gemmisque vrbane distinctam fieri; cuius rei gratia Eligio copiosam auri contulit impensam, ne quid ad summam sellæ magnificentiam atque splendorem deesse pateretur. At Eligius admiranda non modò industria opus elaborauit, sed tanta insuper fide auri laminas extendit, vt non vnam sed duas affabre factas Regi exhiberet sellas. Quæ res Regi & summæ admirationi fuit, & Eligium ad eò acceptum reddidit, vt nihil non esset quod Rex illius fidei concreditum vellet.

*Proficitur  
in Franciam.*

*Conficit Re-  
gi duas sel-  
las summa  
fide & in-  
dustria.*

Interim Eligius opum & honorum cõtemptor eximius, totum se diuinis rebus sedulo mancipabat, Inedia & vigiliarum patiens noctes & dies precibus & lachrymis incubabat, indefinenter sollicitus vt ab omni peccati contagione purus Christi gratiam vberimè mereretur. Erat illi in cubiculo sanctarum reliquiarum magnus thesaurus, quem vnice diligebat; & antè eum totis frequenter noctibus peruigil feruentes Domino præces fundebat: quia  
& ecce

*Studia pie-  
tatis eius.*

*Supplicat  
Deo frequen-  
ter antè sa-  
cras reli-  
quias.*

& ecce nocte quadam cum supplex Dominum deprecatus esset, ut si sibi accepta eius esset penitentia, quoquo modo certam dignaretur dare significationem (dictu mirum) visus illi aditare sanctorum aliquis; qui de somno eum excitans ait: Eligi, exaudita sunt orationes tuæ, indiciaque ecce olim quaesita nunc tibi cocelsa. Mox ille excitatus, cum dubitaret, veraneres, an somnium esset; ilicò admirandum fragrantiaè haufit odorem; guttas quoque suavissimas ex gerulo reliquiarum super caput suum defluentes sensit: quæ fidem fecere, quempiam sanctorum præsentem fuisse.

Sub id verò tēpus mortuo Clotario, Dagobert<sup>o</sup> eius fili<sup>o</sup> regni suscepit gubernacula, qui Eligium nō minori, quàm pater, & fide & amore complexus est. Erat nomen illius non artificij solum præstantia, sed multò magis sanctitatis opinione celeberrimū: ità ut è longinquis regionibus legati ad regiã confluētes eius inprimis cōspectu & colloquio frui vellēt. Fuit autem ardens in eo benignè faciendi studiū: ità ut nō rarò se suaquæ omnia oppignoraret, quò debitoribus subveniret, & inopiam multorū subleuaret, vel captiuos redimeret. Si fortè à peregrino aut ignoto domi quaesitus nō inueniretur, statim nō alio in loco quàm apud pauperū cœtum inueniendus erat. Et primò quidē auro gemmisque, ut cæteri, ornatus incedebat, ut ostētationē vitaret; intrinsecus nihilominus aspero indutus cilicio: sed postquã solidiora pietatis iecit fundamenta, quæ humani fauoris turbinem non extimescebant, ilicò cuncta ornāmēta egenis distribuit; vilibusque

*Nota miraculum.*

*Summa eius benignitas in pauperes.*

*Sub preciosis vestibus gerit cilicium.*

deindè vestimentis contectus, & funiculo cinctus pauperù domicilia benefactor lustrabat: & quidquid à Rege, & principibus obrinebat, id protinùs in egentium eleemosynas expendebat. Erat autem Regi adèd charus, vt verbo, quidquid vellet, ab eo impetraret.

Inter cetera autè petijt à Rege villam quãdam in rure Lemouicino, Solemniacum nomine; quam mox in virorum conuertit monasterium; vbi centum & quinquaginta strenuos Christianæ militiæ professores congregauit: reditusque ad vitæ sustentationem necessarios delegauit. Post quæ in vrbe Parisiensi sacrarù virginum condidit domicilium, trecentarum numero puellarum florens; cui Albatissam, Auream nomine, Maurini & Quiriæ filiam, præfecit. Quibus actibus sedulò intentum Dominus pro sua misericordia tanta virtute & gratia decorauit, vt laicus adhuc miraculose sanaret modò exiguo vino multos reficeret; alijsque id genus virtutibus fulgeret. Nec minor illius erat in curandis animabus industria; vtpotè qui Christianæ eloquentiæ præstantia florentissimus, & cognitione scripturarù egregiè instructus, populù, quocunq; pergeret, euangelicis monitis viâ salutis præclarè docebat.

Hiscè igitur maximarù virtutum ornamentis inclytus, cunctisq; admirandus, ad Nouiomensis ecclesiæ regimen vocatus fuit: atque ita aurifaber inuitus detonsus, vrbium seu municipiorum custos constituitur; Veromanduensis scilicet; Tornacensis; Nouiomensis & Flandrensis; Gandensis atq; Corturiacensis; idque

*Extruit monasteriũ Solemniacum.*

*Itẽ Parisiæ monasteriũ virginum.*

*Claret miraculis.*

*Fit Episcopus.*

*\* Curtracensis.*

idque vel hoc maximè, quòd eius regionis incolæ magna adhuc ex parte gentilitatis errore detinerentur: quos ille populos cælesti alimonia sedulò pasceñs, omniaque suæ diocesis loca studiosè peragrans, & verbo & exemplo ad pietatem & fidem adducebat. Et quidem Flandrenses atque Andouerpenses; Frisones quoque & Sueui; & barbari quique circa maris littora degentes; quos velut in extremis remotos, nullus adhuc prædicationis vomere exarauerat, principio eum hostili animo & aduersa mente exceperunt. Sed vbi eximia sanctissimi viri virtutes eis innotuerunt, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis, gaudens Christo nomen dedit. Et quidem multoties mors, illius ceruicibus impendens, atrocitas quæque ob veritatis assertionem minabatur: quam ille toto desiderio martyrij avidè expetebat, sed nunquam voti compos fieri potuit. Reseruabat enim eum Dominus multoties adhuc salutis necessarium; vtpotè qui postmodum in Nouiomenfi oppido, virginum Christi condidit monasterium; & alia multa, tum per se tum per discipulos construxit: in quibus cælestis disciplina egregiè viger. Corpus S. Quintini martyris, aliaque complura, post multam inuestigationem, inuenit. Postremò autem & post multarum virtutum insignia, post miraculorum coruscationes, inter quæ sunt, & confractæ diuinitus carcerum seræ, & competitorum vincula; post multa quoque & varia ab eo veridicè prædicta, annos iam amplius natus septuaginta in Nouiomenfi oppido beatum Deo spiritum tradidit: præclarissimis &

\* Suedi.  
Flandrenses,  
Andouerpenses &  
alios, ad  
Christi fidem  
conuerit.

Feliciter  
obit.

postea ut prius in vita coruscans miraculis.

VITA S. PETRI COGNOMENTO *Vide Tom.*

*Chrysologi; Rauennatis Archiepiscopi: Ex ea qua* *6 Annal. Co.*  
*est per Hieronymum Rubicum l. 2. Historiarum* *Baron &*  
*Rauennatum. Obijt anno Christi 449. vel se-* *Not. Mar-*  
*quem, sub Leone Papa, & Valentiniانو Imp.* *tyr. Rom.*

**P**ETRVS Rauennatum antistes, cum alijs  
 virtutibus clarus, tum ea potissimū ra-  
 tione Chrysologus dictus est, quod mira-  
 sermonis suauitate pollens, aureum ex se ora-  
 tionis flumen funderet. Hic ex Foro Cornelij,  
 vbi natus fuisse perhibetur, in Archiepiscopū  
 Rauennatē, non humano fauore vel industria,  
 sed diuina prorsus virtute electus fuit. Cū  
 enim defuncto Ioanne Rauennatū Archiepis-  
 copo, ciues, vt moris erat, antistitem ab eis ele-  
 ctum Romam ad Xistum tertium, Pontificem,  
 vna cum Cornelio, Fori Cornelij episcopo,  
 confirmandum misissent, ferūt Xysto per quie-  
 tem Principem apostolorum & Apollinarem  
 apparuisse, mandasseque, vt quem medium si-  
 bi adolescentem habebant, Rauennatem Ar-  
 chiepiscopum, altero illo à Rauennatibus ad-  
 ducto reiecto, crearet. Quapropter cum po-  
 stridie Rauennates adessent, Xystus primò re-  
 iecit quem elegerant: deindē omnes præstò el-  
 se iubens, vt quem Petrus & Apollinaris desi-  
 gnauerant, Archiepiscopum faceret, cum no-  
 minem ex Rauennatibus illius similem fuisset  
 conspicatus, Cornelio episcopo mandat, vt  
 suos in medium proferat. Eminebat inter cæ-  
 teros, vitæ innocētia ac doctrina Petrus, Cor-  
 nelij Diaconus. Hunc cum illius similem Xystus

2. Decem.  
 Petrus qua-  
 re dictus sit  
 Chrysologus.  
 Vbi natus.

8 f coguo-

*Diuitius fit  
episcopus.*

cognouisset, quem in somno viderat, Archiepiscopum Rauennatibus prefecit. Id verò illis ægrè ferentibus, rem omnem aperit; vnde tanta reuerentia Petro apud omnes constat esse: vt summa cum gratulatione, quanquam iustus & non sinè ingenti molestia, primum ab Valentiniano & Galla Placidia, deinde ab omnibus, exciperetur.

*Synodus  
Chalcedonensis.*

Itaque ad id honoris fastigium euectus, cù Eutyches Byzantius Abbas factiosorum operam falsam disseminaret doctrinam, qua diuinam Christi naturam cum humana in idem recidisse asseuerabat; & Leo Pontifex, qui Xysto successerat, conuocato trecentorum & sexaginta episcoporum Chalcedonem Concilio, eam potestatem restinguere niteretur, Petrum Chrysologum iussit ad Concilium aduersus Eutychem scripto decertare. Quod ille adeò luculenter grauiterque & piè præstitit, vt ad hanc vsque ætatem ea scripta viri omnes docti mirentur, & primo loco habeant.

*\* Antisiodorensis.*

*S. Germanus  
Antisiodorensis  
episcopus Rauennæ  
moritur: eius  
vita exstat  
31. Iulij.*

Accessit hoc tempore Rauennâ ad Valentinianum Germanus\* Antisiodorensis antistes, eximia vir sanctitate; qui nò multo post prequisitam antè ab se mortem atque prænunciatâ, Rauennæ cum vita commutauit: cuius cadauer à Petro Chrysologo conditum in Galliam transmissum fuit: & Petrus sancti viri cucullam & cilicium, nequid pius hæres ex intestati bonis non possideret, sibi vendicauit. Cum verò hoc tempore, Rauennates ad deorum commentitiorum simulachrum, quos antiquitas, antè partum Virginis errore delusa coluerat, personati Kalend. Ianuarijs, tota vrbe per ludum discurs-



discurrere consuissent, ipse multis concionibus habitis, eam perniciosam consuetudinem tollere conatus est.

*Cultum sal-  
forum deo-  
rum tollis.*

Tandem cum imminere sibi extremum vitæ diem diuinitus intelligeret, decimumque iam annum Rauennari Ecclesiæ præfuisset, contulit se ad forum Cornelij vbi diui Cassiani martyris templum ingressus, muneribus tributis, Deum precatus atque ipsum Cassianum martyrem, vt benigne eius animam exciperet: hortatusque Rauennates, qui illum fuerant insecti, vt in deligendo optimo pastore inuigilarent, nec discederent à diuinis mandatis; placidè ac tranquillè ex hac vita migravit, quarto nonas Decembris. Sepultus est ibidem iuxta aram D. Cassiani, vbi & nunc quiescit. Eius tamen brachium auro ac gemmis ornatum, in Vrsiana æde veneramur. Inter alia quæ reliquit doctrinæ monumenta, eius ad populum, conciones, diuino spiritu & eximia pietate religioneque illustres ab omnibus bonis & doctis iudicantur. Communi omnium consensu in Diuos relatus est; ei que anniuersarij honores ob id decreti.

*Obit salu-  
ter.*

*Canoniza-  
tur.*

*Vide C. Ba-  
ron Not. is*

*Martyr.  
Rom. &  
Tom 8. An-  
nal.  
3. Decem.*

**VITA S. BIRINI DORCESTRIEN-  
sis Episcopi: Ex ea quæ est per Gulielmū Rame-  
sū, Ordinis S. Benedicti. Claruit anno Domini  
Sexcentesimo Trigesimo quinto & sequentibus.**

**S** Birinus à Papa Honorio ad prædicandum verba salutis Anglorum gēti directus, eiusdemque Pontificis iussu per Atherium Genuensē episcopum antistes cotra-

Sl 2 secreta

*Consecratur  
episcopus ab  
Asterio Ge-  
nuensanti-  
stite, iussu  
Honorij Pap.*

secratus, primò ad Britannici freti littus peruenit. Vbi cum nauem ascensurus diuina celebraret mysteria, & sibi suisque salutaris hospitium pararet, vixdum peractio sacrificij, vrgente nauigationis articulo, ad nauem saluans introducit. Cumque prospero venturum flatu alta sulcarent pelagi, Birinus sermone præcipue charam in littore, vadè ascenderat, reliquisse recordatur. Acceperat enim ab Honorio Pontifice, maximi muneris loco palmam, vt vocant; super quam sacratissimum Christi consecrabat corpus; eidemque synodoni sacra mysteria inuoluta atque ex collo lumbosa secum deferrebat. Igitur ne re sacrosanctis mysterijs valde necessaria fraudaretur, fide armatus in mare descendit, sicciisque pedibus aquas inambulans, recepto quod relinquerat ad nauem regressus est: quæ ad viri sancti reditum constitit immobilis. Eo tam admirando spectaculo nauæ stupefacti, flexis genibus Birinum tanquam Deum quendam venerati sunt, & complures eorum ad Christi fidem conuersi.

*In admiran-  
dum fidei  
miraculum.*

*Cæca sanat  
signo Crucis.*

Porro intrante illo Occidentalium Sarrum portum, & Euangelij semina vberissimo fructu spargente, annosa quedam mulier, oculorum & aurium beneficio longo tempore priuata, supplex accessit; quam ille Crucis signo repente sanauit. Eo miraculo alijque plurimis sancti viri auctoritas mirè apud gentem illam crescere coepit: ita vt dicta eius purgati auribus auidè exciperent, Christoque suam nomina libenter darent. Cinigilsus ea tempestate regni gubernacula tractabat; qui doctrina

Birini illustratus & catechisi instructus, baptis-  
mate expiatus est: quem Osualdus Nordanhū-  
brorum Rex de sacro fonte suscipiens, pari stu-  
dio & pietate in Christianæ fidei religione  
profecit: eiusque filiam coniugem accepit. I-  
taque duo illi Reges fidei mysterijs iniati, Bi-  
rino Dorcestram ciuitatem donauerunt, vt in  
ea, sede episcopali constituta & confirmata, a-  
lijs in circuitu populis Christum annunciarer.  
Neque passus est vir diuinus vllis se frangi la-  
boribus, sed pari alacritate atque virtute in  
Vestfaxoniam quoque fidem inuexit. Et hæc  
quidem tricesimo octauo ab ingressu S. Augu-  
stini in Angliam anno cum magna sanctitatis  
opinionem peregit. Anno verò Domini 635.  
tempore Regis Cinigilsi, regulares apud  
Dorcestam instituit canonicos, vbi ipse &  
successores eius viginti & septem episcopi, an-  
nis circiter quadringentis & quinquaginta se-  
ptem fuere: sed Gulielmo Conquæstore reg-  
nante, Remigius episcopus eam sedem Lin-  
colniam transtulit. Stephano autem regni gu-  
bernacula moderante, Alexander episcopus  
canonicos regulares Dorcestriæ instituit. Cæ-  
terum Birinus sanctitate & miraculis clarus  
ita è vita excessit, vt cunctis fidelibus mag-  
num sui desiderium cū multis lachry-  
mis coniunctum relin-  
queret.

*Cinigilsi  
Rex ab eo  
conuertitur.*

*Constituit  
sedem epis-  
copali Dor-  
cestriæ S. Bi-  
rini.*

*Huius S. An-  
gustini vita  
extat 26.  
Maij.*

*Instituit ca-  
nonicos re-  
gulares.*

*Episcopi se-  
des transfer-  
tur Lincol-  
niam.  
Obitus S.  
Viri.*

a vide Not.

C. Baron. ad

Martyr.

Rom. &amp; 2.

Tom. Annal.

Quis enim

scribit eam

martyrium

subisse in

Tuscia; pleri-

que et Cleo-

pulis referunt

que eam de

prauati non

nulli codices

ad tempora

Maximiani.

4. Decem.

Metap. &amp;

Pet. Gulesi-

nium, habent

Maximiano.

c. Teste Ba-

ron. in Not.

vbi addi,

teste Euse-

bio, lib. 6.

cap. 4. &amp; 7.

quampluri-

mas mulie-

res ab eo

Christianam

fidem edo-

ctas esse.

## VITA ET CERTAMEN GLORIOSAE

Virginis &amp; Martyris Barbarae ex actu, quanta-

mine Ioannis Damasceni &amp; Arsenij feruntur.

passa est Nicomediae tempore Maximini Impera-

toris qui post Alexandrum regnavit, Anno Chri-

sti. 237. &amp; sequentibus secundum a sententiam

Doct.issimi &amp; praestantissimi viri Baronij.

**N**OBILIS planè virgo & multis virtu-  
 ribus ac miraculis illustris Barbara<sup>a</sup> Ma-  
 ximino imperij scepra tenente, Chri-  
 stiani nominis hoste infensissimo, praecleara  
 pro pietate & Christianae religionis defen-  
 sione certamen subiit. Hæc patre Dioscoro Gre-  
 co homine, nobili quidem viro & diuitijs in-  
 clyto, at impio & idolorum cultui vel maxime  
 dedito, nata, ab Origine & sacris literis imbui-  
 fertur. Certè patri filia planè dissimilis, ab in-  
 eunte ætate ita se à rerum humilium & caele-  
 stium cogitatione abduxit, ut cum mundi li-  
 bricam læpè intentoque animo consideraret,  
 magnitudineque eius & pulchritudine, in-  
 maduerfa, perpetuam constantiam & certum  
 rum ordinem admiraretur, facile inde peripe-  
 xit, tanti operis laudem fortunæ ac falsis ido-  
 lis non esse tribuendâ: sed aliquem præesse, qui  
 hæc omnia fabricatus, summa sapientia mode-  
 retur atque conseruet. Hac cõtemplatione lum-  
 inum rerum opificè colligens, idolorum nefariam  
 superstitionem detestabatur; & caelesti lumine  
 mirifice lustrata, in dies maxima fidei pietatis-  
 que augmenta capiebat. Cum autem patris  
 esset vnica, liberali admodum specie & im-

gni morum honestate prædita: ne passim formæ eius pulchritudo omnium oculis exposita esset, parens egregiam illi turrim, & habitationi commodissimam ædificauit: in quam virgo inclusa multo ardentius animum suum Christianæ fidei mysterijs excolebat, *Degit in turri sanctissime.* totosque dies ac noctes de rebus diuinis, de animæ immortalitate, de cælestibus præmijs, de supplicijs æternis, & de caducis huius mundi rebus secum cogitabat. Interea patris animus nobilium quorundam & principum viro- rum precibus sollicitatus, filix nuptias suadere conatur: at illa eas constanter reiiciens, *Respuit sponsos omnes.* stultū fore ducebat, iam semel cælesti sponso dicata, terrenis amplexibus inhiare.

Itaq; pater cum virginis animum eò impellere non posset, statuit longa peregrinatione filiam permouere: ratus eam patris desiderio victam tandem aliquando voluntatem eius amplexuram. At illa cælestibus delicijs mirabiliter inescata abeuntem non lachrymis, vt fieri solet, sed vnica hac petitione profecuta est, vt fontem, in quo lauari posset, turrim iuxta ædificari curaret. Nec in eo dis- ficilem se præbuit pater, sed & duas insuper fenestras, quibus lumen exciperet, fieri præcepit. Hoc ædificium, absente patre Barbara contemplata, vt fidei, quam religiosè colebat, posteris monumentum relinqueret, S. Trinitatis exemplar in eo exprimendum curauit. *Lauacrum ei conditur.* Itaque pro duabus fenestras tres fieri, & labri pavementum Crucis imagine orna- ti iussit, sicque magna cum fidei suæ significa-

*Petri fidem  
suam explicat.*

*Pater verti-  
tur in tyran-  
num crudelē.*

*Magno mira-  
culo euadit  
mortem.*

*Crudeliter  
eam cedit  
Pater.*

*Mittitur in  
carcerem.*

*Pro fide Mar-  
tiano cruci-  
anda tradi-  
t.*

tione ædificium illud obscurum & auri simili-  
le, sanctimonix & spiritus plenum demon-  
strauit. Pater reuersus, vt ædificij ratione mu-  
tata vidit, ira exardescens in fabros inuectus  
est. Fabri culpam in filiam reijcientes veniam  
deprecati sunt. Filia verò opportunam suæ fi-  
dei prædicandæ nacta occasionem, patrem  
pluribus verbis ad Sacrosanctæ Trinitatis my-  
sterium, & salutarem Christi Iesu fidem hor-  
tata est. Qui graui filix oratione ad iram & in-  
dignationem commotus, stricto ense, vt pote  
omni impietate imbutus, vnicam filiam furib-  
undus aggreditur. At illa scelerati patris im-  
petu miserata, ne se nefaria filix cede inquinat-  
ret, fuga salutem quæsiuit: Deiq; ope è periculo  
liberata ad montem quendam festinè confu-  
git. Ibi tunc contigit res omni admiratione  
dignissima. Virgo enim simulac ad montem  
peruenit, saxum ingens mirabiliter se patefa-  
ciens fugienti viam aperuit, & suo comple-  
xu eam recepit. Quo miraculo nequaquam  
commotus pater eam ad necem requirere  
pergit, & indicio pastoris cuiusdam tandem  
inuenit. Tū verò omni saxo durior, pedibus in  
latera eius insultas, dorsum pugnis foedè pec-  
cutit, crinibusq; raptatā via aspera ac difficili  
trahit. His cruciatibus tenera virgo nihil à  
Christianæ fidei proposito remota in tetrum  
includitur carcerem: vbi passis in cælum ma-  
nibus à Christo sponso suo, cuius desiderio te-  
nebatur, auxilium implorare non destitit.

Quam eius constantiam pater ægrè ferens,  
vehementiori ira exardescens, eā Præsidi pro-  
uincix Martiano tradidit, vt eā exquisitis tor-  
mentis,

mentis, nisi repudiata Christiana fide patrium deorum cultum suscipere velit, crudeliter discerpat. Præses autem nè ira aut perturbatione vlla commotus videretur, primùm verborum blanditijs & laudum illecebris virginem attentat: positisque ob oculos eius pulchritudine, generis splendore, paternis opibus, rebusque alijs, quibus ad fallendum armis satanas vi cõsuevit, obnixè eam rogavit, vt benè momenti pareret, paternamque religionem tempore & legibus confirmatam amplecteretur. Ad ea virgo graui ac pia oratione ità respondit, vt Præses facilè intelligere posset, eam terrena omnia respuere ac pro nihilo putare: solaque cælestia ac sempiterna toto animo appetere. Quinimò voce, vultu, & animo constanti ac libero sanctam Iesu Christi fidem cõfessa, Præsidem, qui malitiosis blanditijs idolorum impietatem ei suadere conabatur, vehementer repræhendit.

*Præses et blanditur.*

*Nihil proficit.*

Præses igitur cum blanditijs virginem ad falsum idolorum cultum allicere non posset, deposita omni simulatione, vultu tristi ac seueriore, tormenta expedire iubet: sperans eo terrore virginis constantiam ilicò casuram. Itaque vestimentis spoliata, neruis bubulis atrociter cæditur, & inflicta vulnera, quo acrior ei dolor inureretur, cilicio perfricantur. Illa verò his cruciamentis non fracta, neque debilitata, Christi nomen perpetuis laudibus celebrabat: prorsus vt Præses animi eius constantiam vehementer admiratus, in carcerem eam recipi iuberet. Recepta in custodiam, media nocte carcer elarissima lucè collustratur: sese-

*Cæditur flagellis nuda virgo.*

*Recipitur in carcerem.*

Sl 5 que

*Christus in  
carcere eam  
confirmat &  
integre sa-  
nat.*

*Iuliana mu-  
lier martyri  
se associat.*

*Constanter  
respondet  
Præsidi.*

*Dirisimè  
cruciatur.*

que Rex gloriæ Dominus ei in conspectu dñs  
præsentem eius dolorem est cōsolatus: vulne-  
raque, quæ ei graua sanè inflicta fuerant, in-  
grè sanauit. Quo miraculo Iuliana religio-  
admodum matrona excitata in idè certamen,  
quod forti inuictoque animo barbara vrgo  
sustinebat, se spontè coniecit.

Cæterùm gloriosa Martyr tam admirabili  
Christi beneficio animata, cruciatus vel gra-  
uissimos nihil extimescens, postridiè eius diei  
in iudicium adducta ingentem Præsidi admi-  
rationem commouit. Qui impia mēte tantum  
beneficium idolis suis ascribens: Vides, inquit  
puella, quantam dij tui curā gerant, qui te ve-  
beribus grauitè cæsam, & plagis liuidam, re-  
pentè sanarunt. Est igitur, cur illis & gratiam  
referas, & cultum tribuas, quorum singulari  
beneficio incolumis & salua es. At illa tantam  
sacrilegi impietatem non ferens, summa vocis  
& orationis grauitate respondens: Dij tui, in-  
quit, nullo planè sensu præditi nihil horū præ-  
stare queunt; sed est Christus Iesus qui me  
restituit: quem tu impietatis tuæ tenebris oc-  
cæcatus videre non potes.

Hac oratione Præsides vehementius cōmota  
virginem ferreis vnguibus dilaniari, eius lac-  
ribus faces accēsas admoueri, tum denum ca-  
put malleolis quibusdam pertundi iubet. Illa  
verò sublatis in cælum oculis: Domine, inquit,  
qui scrutator es cordium, nosti quanto tui de-  
fiderio tenear: nè me derelinquas, quæso, vique  
in finem. Strenua igitur Christi martyre Barba-  
ra cum iterùm grauissimis supplicijs torque-  
retur cælesti auxilio confortata, ea omnia in-  
uicta



victo robore perferebat. At Iuliana cū teter-  
 rimos, quibus illa afficiebatur, cruciatus cer-  
 neret, non potuit lachrymas & gemitus con-  
 tinere: spiritu tamen Christi roborata fortissi-  
 mam athletam in his lamentis ad fidei constā-  
 tiam cohortari non destitit. Quod cum Præses  
 animaduertit furore & amentia æstuans, ipsam  
 ipsam tormentis subiecit. Itaque vni & i-  
 tem alteri, ad grauiorem sexui inuicem con-  
 tumeliam, vbera præcidi, præcisisque vberibus  
 nudam vtramque, direptis vestib. per loca pu-  
 blica passim deduci iussit. Hem crudelis & im-  
 pia mens. Num vllum aliud commentum hoc  
 scelere fœdus excogitari potuit? num aliud  
 contumeliæ genus tam insigne ad muliebris se-  
 xus infamiam? At illæ, gratijs omnipotenti  
 Deo actis, in Christi bonitate spe futuræ retri-  
 butionis exultabant: sedque per omnes vrbis  
 partes perductæ, postremò capitis damnatæ ad  
 martyrij palmam incredibili cum gaudio pro-  
 perabant.

At verò pater omnis humanitatis expers, cū  
 tanta alacritate filiã ad vltimi certaminis lo-  
 cum tendere cernebat, furibunda mēte in eam  
 inuectus, ipse p se triste inprimis expleuit mi-  
 nisterium: filiamque vnicã, cunctis animi cor-  
 porisque dotibus ornatissimam, capite trucauit.  
 Cuius feram crudelitatem non diu tulit impu-  
 nem diuina iustitia: nam statim eodē in loco,  
 quo filiæ caput absciderat, iactis de cælo ful-  
 minibus, ambustus animam expirauit. Libet au-  
 tem hic vnum omni admiratione dignū at ex-  
 cere miraculum: q̄ anno humanę Salutis mille-  
 simo quadringentesimo quadragésimo octauo,  
 meri-

*Iuliana eam  
 confortans.  
 fit sociæ pœ-  
 narum hor-  
 ribilium.*

*Vbera earū  
 exciduntur*

*Græue sanè  
 supplicium pro  
 castissimis  
 virginibus.*

*Pater eam  
 interficit.*

*Fulmine  
 propterea  
 perit.*

meritis sanctissimæ huius martyris contigit  
certò comprobatur.

*Scribit hoc  
miraculum  
Theodoricus  
Paulus: qui  
presens in-  
terfuit.*

*Henrici cu-  
insam La-  
nij inforeu-  
niura.*

*Inuocat S.  
Barbaram  
in medijs  
flamms, Hen-  
ricus pra-  
fatus.*

Degebat in Gorcomensi oppido Hollandie  
lanius quidam, pius non minus quam dicitur  
Henricus Kock nomine: cui ex agro forte  
deunti hæc accidit calamitas. Siquidem no-  
cte, quæ diui Augustini memoria festiuo ga-  
dio recolitur, cum rurali fatigatus labore, et  
tiori somno completeretur, candela ardens  
in stramina decidit, flammamque adeo vehe-  
mentes excitauit, ut tota domus incendio con-  
flagraret. Euigilans verò Henricus ægre admo-  
dum cum filio Andrea incendium euasit. Ve-  
rùm corpore liberatus, pro pecuniæ amissione  
vehementer sollicitus, non dubitauit iterum  
se furentibus obijcere flammis. Itaque Cro-  
cis signo munitus in domum pedem intulit,  
quæ collucentibus vndique flammis penè va-  
stata antè super eum corruit, quàm ad conclu-  
ue, ubi nummi reconditi iacebant, perueniret.  
Hinc cum certa iam mors instaret, tamen vi-  
tibus flammis grauitè torqueretur, maiorita-  
men dolore cruciabatur, quod Ecclesiasticè  
destitutus sacramentis è vita migraret. Ea pro-  
pter desperata corporis salute, cum vndique  
se angustijs cinctum animaduertèret, ad diuam  
Barbaram, quam diebus singulis singulari de-  
uotione venerari consueuerat, suppliciter co-  
fugit, dicens: Barbara martyr Christi sanctissi-  
ma, succurre misero & in peccatis mortuo.  
Deprecare Dominum nè de corpore meo  
ma egrediatur, nisi confessionis sacramentum  
antè purgata, & saluifico viatico præmunita.

Vix oratione finierat, & ecce virgo co-  
ma,

mate, quo in templo picta habebatur adesse vi-  
sa furentes ignium globos pallio suo restin-  
gués, supplicem suum per tectum stramineum  
eduxit, atque tuto in loco statuens sic allocuta  
est: Quia diuinam per meum patrocinium im-  
plorasti opem, meo scias interuētu vitam tibi  
ad auroram vsque prorogata; quo viuendi  
spatio, Confessionis, Eucharistiæ, atq; Extremæ  
unctionis sacramenta recipias. His dictis fan-  
tissima virgo disparuit: & Henricus toto cor-  
pore adustus, ad filiæ suæ Dietuerdæ, quæ viro  
honorabili Neudoni dudum nupserat, domū  
solus perrexit. Nulla erat in toto hominis cor-  
pore sanitas: ita vt affati cadaueris speciē ma-  
gis quàm hominis præ se ferret. Verenda eius  
ignis edax absumpserat, adeò vt hiätibus in in-  
guine vulneribus etiam extra nudarentur cre-  
mata. Nates & clunes flamma vorauerat: præ-  
cordia, venter, pectus, ascellæ, collum ac sca-  
pula non modò adusta, sed inflexibilia & fer-  
ri instar rigida erant. Denique à vertice capi-  
tis capilli cum carnibus defluentes, & ossa nu-  
dantes, in genis hærebant: & antequàm ad filiæ  
suæ domum veniret arentes pedicæ inter eun-  
dum à corpore eius decedentes combustionis  
pariter ac miraculi euidens testimonium præ-  
bebant. Quid multis? Nihil in eo cernebatur  
præter admirabile horrendumque cunctis si-  
mulachrum; cui tamen in mortuo atque cre-  
mato corpore, ne sacramentorum expers mo-  
reretur, vita seruabatur.

Cum autem per ciuitatem stupendi huius  
miraculi rumor percrebuisset, plures ad spe-  
taculum hoc mirabile cadaueris, vt ita dixe-  
rim

*Eripitur à  
S. Barbara  
medijs igni  
globis.*

*En rem su-  
peradmirabilem in ho-  
mine igne  
penè consum-  
pto.*

*Meritis S.  
Barbaræ cō-  
seruatis Hen-  
ricus.*

rim, morituri, quàm ad restringendum ignem confluabant. Idcirco ut maius fieret miraculum, confortatus à Deo Henricus, periclitatus sanus & incolumis populo aduentanti praestabat. Hortabatur omnes ad terrenorum contemptum caelestiumque amorem: atque ut Deum in cunctis eius operibus laudaret, & in sanctis suis verè mirabilem honorarent oēs admonebat. Multis deinde astruebat sanctissimæ virginis & martyris Barbaræ interuentu, & miris gloriosis, praesens hoc longioris vitæ beneficium se obtinere. Hæc enim, inquit, ut ipsi cernere oculis vestris, honorantibus se sacramentum confessionis & Eucharistiæ antè mortem impletat. Ad hæc miraculi huius in se facti narratum ordinem, postremò addebat, illucescente aurora quantocytus in testimonium veritatis è seculo se migraturum. Et nè quis de miraculi ad huc veritate dubitaret, aut quod diuinæ clemens miserationis, naturæ aut fortunæ adscriberet, rogabat honestissimos quosque, vtriusque lateris fenestras, ut accederent, & exploratis visu, tactu probatis singulis, & membris & locis, diligenter non virtutis humanæ quòd viueret, sed presentis esse diuinæ. Igitur multi humana clementia permoti, cum omnia lustrassent, Dei omnipotentiam & sanctæ Barbaræ merita benedixerunt.

*En Confessionem generalem.  
En quos habuerit speciales patronos.*

His ita peractis, cum omnium peccatorum suorum ab infantia confessionem fecisset, sumptis sacramentis, sanctam Barbaram diuinis Laurentium in patrocinium inuocauit: omniumque deinde sanctorum se precibus committens, peccatorum suorum veniam allidit à Christi

Christo precabatur. Postremò sonora voce, *Tandem moritur Sacramenti munus.*  
 Domine, inquit, IESU Christe misericordissime Deus, qui me in ara Crucis preciosissimo sanguine & acerbissima morte redemisti, misere mei: Eccè in manus tuas commendo spiritum meum. Hæc dicens emisit spiritum. His ego Theodoricus Pauli de Gorcum quia interfui, & prædicti Henrici confessionem quater audivi; sacramenta administraui: vulnera eius ac membra tractavi: tractandaque alijs obtulij: ipsum præterea inter brachia mea morientem tenui: non potui tam glorioso miraculo testimonium non præstare, & hæc ad Dei gloriam scribere.

*En quàm fide dignus qui hæc scripsit.*

## VITA S. ANNONIS ARCHIEPIS-

copi Colonienfis: Ex ea qua sincerissimè, tribus *Vide C. Baron. in Not. ad Martyr. Roman.*  
 libris apud V. P. Laurent. Surium conscripta habetur. Migravit ex humanis anno Domini 1075 Sedis suæ anno 21. In virum hunc sanctissimum ecclesiastica libertatis vindicem & propugnatorem, olim declamarunt schismatici: obstrepuntque nunc hæretici Magdeburgenses Centuriatores: Sed eorum calumnia à Mariano scoto, & Lamberto, & hisce actis fidelissimis refutantur.

**A** NNO, generis & patriæ suæ decus, fide- *4. Decem. Patriæ & parietes eius.*  
 ribus ipsis meritis altior, ex Alemannorum populis duxit originem. Pater eius Valterius, mater Eugela: ambo studio religionis insignes, ex ingenuis ingenui, nobilitate animorum magis quàm corporum conspicui.  
 Horum

Horum in filios & filias fusa fecunditas, cum  
 inclytam satis posteritatis suae produxerit  
 familiam, cum filium hunc Annonem moribus  
 genio, formaque ceteris praestantiorē edidit  
 qui oculis cunctorum graciosus, ipsum  
 matris parentem summo gaudio cumulabat. No-  
 tūde pater, licet pietate in Deum praestans  
 retur filium tamen generosa admodum in-  
 le prae dicitur, per militaria exercitia mun-  
 nutrire, & ad summos quosque honores  
 here decreuit. Itaque pius puer militari-  
 parente studijs adhibitus, dum crebras inedi-  
 alboris, æstus, ac vigiliarum patitur asper-  
 tes, fortitudinem moralium disciplinarum  
 didicit nobilissimam: quæ futuræ constructio-  
 ni antè omnia in eo necessaria videbatur. In-  
 terea eius auunculus Babinbergensis ecclesie  
 canonicus, patriam, propinquos, & notos in-  
 uisens, ubi conscius esse cepit paterni erga An-  
 nonem consilij, ægrè ferens tam ægregie in-  
 lis infantiam mundanis consecrari negotijs  
 explorata prius pueri volūtate, clandestinè  
 eī persuasit fugam: hortans ut abiectis im-  
 dimentis domesticis, excellentes ingenij  
 vires in spem & gloriam totius generis sui,  
 modò temporalibus, sed & æternis in celo  
 modis & dignitatibus amplificaret. Quid  
 ra? Puer monitis hinc stimulatus redeunt  
 benbergum auunculo clam se socium adu-  
 xit: & animum in Babinbergensium schola (quæ  
 tunc temporis disciplinæ, religionis actibus  
 feruore florebat) ad literarum disciplinas ap-  
 pulit. Vbi per incrementa temporum multa  
 cos in humanarum diuinarumque rerum co-  
 gnitio

*Anno puer  
 militari-  
 studijs adhi-  
 betur.*

*Auunculus  
 eum persua-  
 det ei ut fiat  
 clericum.*

*Mixtè profi-  
 cit in litte-  
 ris.*

gnitione faciens processus, ingenium pariter & mores egregiè nobilitavit.

Itaque suis ipse profectibus magisterij honore decoratus, cum indies probitatis suæ & virtutum ramos per ora multorum longè lateque extenderet, Henricus tertius Romanorū Augustus eum in palatium assumpsit: ubi breuiprimum gratiæ & familiaritatis locum obtinuit. Erat enim vel eo solùm nomine Imperatori gratissimus, quòd iusti ac recti admodum tenax in omnibus causis, pro suo tum statu, non adalando, vt cæteri, sed magna cum libertate obloquendo, iustitiæ patrocinaretur. Denique exactis in palatio haud multis annis, magna Imperatoris, magna omnium, qui eum nouerāt, expectatione, adeptus est Agrippina, quæ & Colonia, nobilem sedē: Hermano nominis huius præfule secundo, paucos antè dies ex hac luce subtrahit. Quem gradū Ecclesiæ, anno Dominicæ incarnationis 1055, adeptus, haud sanè imparem se acceptæ dignitati deinceps gessit: prorsus vt sicut editioris loci insignibus, ita cunctis virtutum generibus inter ceteros regni principes conspicuus incederet. Pernoctabat plerunq̃ue in orationibus, & per ecclesias paucis ac certis comitibus, interdum vno tantùm puero contentus, discurrens nudis pedibus, nonnunquam etiam cilicio ad tærnè indutus, flens procedebat. Et diem quidem in publicis & priuatis negocijs, noctem verò totam in Dei opere expendebat. Nam tunc peccata confessione & lachrymis expiare, & inferioris personæ manibus flagellis cędi, tantus pontifex non erubuit. Perlustrabat verò

*Ab Henrico  
3. Imperato-  
re in palatium  
assuetus.*

*Fit Coloniæ.  
sive episcopi  
anno Domini  
1055.*

*Studia exi-  
mia, pietatis  
eius.*

*est dum in  
soncionibus.*

*Gratia la-  
chrymarum.*

*Summa ill.  
benignitas  
in pauperes  
& egrégia  
humilitas.*

*Matth. 19.*

omnem episcopatus sui parochiam homines-  
que fidei, ac totius penè religionis ignaros, so-  
lo autem nomine Christianos, assiduis prædi-  
cationibus ad Catholicæ pietatis cultum in-  
formabat: habens hoc insigne meritum  
suorum indicium, quòd quoties prædicatus  
in publicum processisset, subito multis la-  
chrymis immadesceret: quòd factum est ut no-  
mo vel saxei cordis, Annonem in ecclesi-  
loquentem audiens, te à lachrymis tempera-  
ret.

Pauperum, peregrinorum, & infirmorum præ-  
ma illi & perpes erat sollicitudo. Illucescenti  
enim primo surgētis diei crepusculo, cum tur-  
ba egenorum, velut apum examen vndecumque  
conuolare, sufficientia alimenta hora statim  
percepturi: ipse miserrimos quosque numero  
viginti quatuor seorsum congregabat; ante  
quorum pedes humillimè procumbēs, eos lau-  
uit ac terfit; osculum oris & cordis impre-  
manibus singulorum aquam infudit: simulque  
cum cibo & potu unicuique etiam nummum  
porrexit. Iam verò imminente hora & neces-  
sitate, ubi & ipse confedit ad mensam: more se-  
lito, quotquot superuenerant, introduceban-  
tur antè eum ad cōuescendum peregrini. Tum  
ex singulis, quæ mensæ erant imposita, partem  
propè decimam colligens, pro reficiendis hæc  
& illac per urbem ægrotis, in locum vnum se-  
parauit. Postremò mensa submota, surrexit, ve-  
rè pater orphanorum, verè iudex viduarum, &  
tanquam diceret: Sinite paruulos venire ad  
me, talium est regnum cælorum, acclinans se,  
manu propria cibauit pupillos: refecit orpha-  
nos.



nos; aluit filios pauperum: delicatioribus escis ex mensa per seipsum in hoc referuatis. Cùm autè ergà cūctos inopes mirè esset misericors, tum pauperulas & earum infantulos speciali quadam miseratione fouebat. Non rarò pueros exesos & seminudos, quos nec oculis dignos quis arbitrarètur, ipse cū lachrymis amplectens materna vice exosculabatur. Cæterū hisce quotidianis benignè faciendi studijs minime contentus, xenodochium insuper Coloniae construxit: tutissimum languidis, debilibus, & omni solatio destitutis refugium: quod sufficientibus ad eorum subsidia stipendijs ditauit.

*Xenodochiū  
Coloniae  
condit.*

At verò cum laxatis disciplinarum habenis per omnes diocesis suæ congregationes Clerum partim pro vitæ necessitatib<sup>9</sup>, partim pro mundi cupiditatibus extra vagari doleret, ilicò huic quoque malo medicam manum adhibuit: nullisq; sumptib. pepercit, vt Christo semel consecratos solis cælestibus deseruire faceret. Atq; vt diuinarum rerū cultum quā maximè amplificaret, quinque monasteriorum structuras ab ipsis fundamentorum inceptijs ad culmen perduxit. In ijs primum locū obtinet, quod dicitur, ad Gradus, Virgini Matri sacrū: quod omni decore & elegantia distinctum consecrauit: prædijsq; ad sustentationem triginta Canonicorum copiosè ditauit. Deindè S. Georgij ecclesiam \* extra vrbs murum construxit, annuisq; redditibus locupletauit. Post hæc cū animo die nocteq; volueret, vt præclarius adhuc quoddam Deo domicilium extrueret, manè quodam in beat Petri

*Construxit  
quinq; mo-  
nasteria.*

*Monasteriū  
ad Gradus  
Mariæ, ho-  
die Canoni-  
corum eccle-  
gium.  
\* Hodie in-  
tra muros*

*Monetur à  
quod à ignoto  
sene vt mo-  
nasterium in  
Sigeberg cō-  
struat.*

*Excommu-  
nicat Comitē  
Palatinum  
Henricum.*

*Construit  
Abbatiam  
Sigebergen-  
sem.*

*Ex Italia  
adducit mo-  
nachos in Si-  
geberg.*

residens; à superueniente quodam sene est ad-  
monitus, vt monasterium in monte, qui à pro-  
terfluente fluuio Sigeberg cognominatur, in  
quiei suæ locum conderet.

Per id tempus Palatinus Comes Henricus  
vir secularis potentia & gloria, diuicia & opibus,  
rapinis, & incendijs vastabat; montemque  
Sigebergenfis præsidio fretus, episcopi copiam  
contemnebat. Vndè antistes hominem an-  
thematis sententia feriens, tandem ad satisfac-  
tionem Coloniam pertraxit. Qui iusto ad-  
missi sceleris dolore percussus, supplexq; be-  
ato Antistiti factus, pro accepto communi-  
& indulgentia beneficio, B. Petro montem Si-  
gebergensem dono contradidit. Quæ res acce-  
ptis in primis beato Pontifici stimulos addidit,  
diu desideratum omni alacritate perficeret ne-  
gocium. Accedebat cæleste quoddam præsa-  
gium signi Crucis in monte illo per noctem  
visi: quod multo magis virum sanctum impulit,  
vt sine mora opus inchoaret. Itaque diuersis vi-  
latus artificibus eò se contulit, templumque ad  
culmen breui temporis spatio perductum anno  
1066. nomini S. Michaelis Archægeli in ho-  
norem omnium cælestium Virtutum, sub pa-  
trocinio gloriosi Ducis Mauricij sociorumque  
eius cōsecrauit: p̄claris priuilegijs ei attribui-  
tis. Interea contigit virum beatissimū Reipub-  
licæ causa Romam proficisci. Vbi cum nonnullas  
regiones peragraret, Principes eius regni,  
nè à Rege deficerent, suis exhortationibus  
cōfortaturus, fortè ad monasterium quoddam,  
cui Fructuaria nomen est, diuertit. Quo  
in loco admiratus & ordinē disciplinæ, & mo-  
rum

nam honestatem, duodecim ex eis in opere Dei probatissimos secū rediēs abduxit monachos, & eos ad tradendum Gallijs eiusdem disciplinae formulam in Sigeberg constituit.

Porro Rege grauissimis saepenumero dissidens inimicitijs, quod ea, quae in regno praeter iustitiae rationem gerebantur, vehementer detestaretur, & acerrimè impugnet, multis saepenumero oneratus contumelijs eijciebatur.

At ille in precibus Sigebergensium posita saepe fiducia, ad Regem pergebat intrepidus, tanta morum grauitate & prudentia ornatus, vt Rex qui paulò antè necem, vltimumque, si copia fieret, exterminium Annoni & omnibus, quae eius essent, minabatur, eo conspecto, reuenter assurgeret & pacis osculum summa cū dilectione porrigeret. Inerat autem viro sancto tanta monastici ordinis veneratio, vt duas adhuc monachorum congregationes superioribus adderet; vnam in VVestphalorum regione, loco qui Grafcaf dicitur; alteram in Turingorum & Sclauorum confinio; qui locus Saleuel appellatur: quarum prior Alexadro martyri, sequens Apostolorum principi consecrata fuit.

Cum autem diuitijs & gloria cunctos in regno praecederet, tanto tamen benefaciendi pauperibus studio tenebatur, vt saepe nec nummū nec nummi precium sub sui juris custodia haberet. Exstat eius innumerabiles pro Ecclesia sudores; & praecleara sanè miracula, quae per eū Deus praestitit, plurima; quorum singula quia longum nimis foret referre, illis praetermissis, tantum prosequemur grauissimas illas tēpestates,

Tt 3 tes,

*Quanta à Rege perpe-*

*Efficacia precum monachorum.*

*Alia duo extruunt monasteria.*

*Omnia sua pauperibus largitur.*

*Miraculis floruit.*

tes, quibus in vita iactatus, constanter semper iustitiæ & ecclesiasticæ libertatis patrocinium retinuit. Et primò quidem postquam Sigeburgensis mons ditioni S. Petri, beneficio Palatini Comitis, ut diximus, celsisset, idem magnæ tyrannidis vir, quasi iopito pèruerstratis igne, Gorziam venit: ubi deposito pompæ secularis cingulo, monasticæ paupertatis habitum sumpsit. Sed paulò post, cælestium disciplinarum planè pertæsus, amplexus conjugales resque familiares, per tās perque nefas, votifragus repetijt. Indè exosos habens omnes Dei seruos, bella mouit: seditiones concitauit: & ad suæ perditionis cumulum, ad extinguendum nomē celeberrimi tunc Pontificis Annonis Agrippinensem urbem, post rapinas & incendia, post cædes & detruncationes plurimorum, hostiliter aggressus est. Interim sacer Pontifex intrinsecus cilicio tectus, minori pro se, maxima verò pro cõmissio sibi grege solitudine æstuans, solis ieiunijs & precibus contrà perfidum certamen suscepit. Iamque futurus quasi præsens timebatur hostis: cum eccè beato Annone cum sacerdotibus & populo in preces incumbente, & versiculum illum Psalmi 34. Veniat illi laqueus quem ignorat, semel iterumque repetente, paucis post diebus, Comes, inaudito seculis furore, vxorē suam (cuius mortifera dulcedine captus suauē Christi iugum excusserat) proprijs manibus interficit. Nam præfectis militum, aciem foris ad futuram, quæ sperabatur, cum episcopo congressionem instruentibus, ipse in cubiculo iuxta suæ cupidinis sociam residens, irascente Domino, nec diu.

*Comes Palatinus si monachus.*

*Deserit monasterium, & vastat ditionem S. Annonis.*

*Vide quibus armis S. Annono ei resistat.*

*Palatinus suam vxorē interficit.*

diutius calamitates innocentiū sustinente, in  
 amentiam versus est: ac mox dependentem ar-  
 ripiens bipennem, dilectæ coniugis Adelhei-  
 dis caput feriens amputauit: cursuque fores e-  
 gressus, plausu manuum & cachinno, quid e-  
 gisset, infansientis, ut erat, more exposuit. Ex-  
 horruit ad tam triste piaculum omnis ætas:  
 cunctisque ad propria recedentibus, ipse prin-  
 ceptus & auctor seditionis captus, vinculisque  
 a suis constrictus, quamdiū superuixit furio-  
 sus & impos sui mansit, propriisque calami-  
 tibus contentus, in alienam cladem am-  
 plius grassandi, nec copiam nec voluntatem  
 habuit. Pace igitur patriæ restituta, sacer Anti-  
 stes cū in alijs pietatis officijs, tū in perquiren-  
 dis & honorandis Sanctorū Reliquijs assiduus e-  
 rat. Ab Agaunen sib<sup>o</sup> corpus S. Innocētij Marty-  
 ris Thebæi, vna cum capite S. Vitalis impetra-  
 uit: ac in Sigebergense Cœnobium intulit. Bra-  
 chium S. Cælarij Martyris, quod Roma detulerat, in  
 Ecclesia S. Iacobi, quam à fundamentis cōstru-  
 xerat, deposuit. S. Agilolfi corpus Malmūdaria  
 Coloniam in Mariæ ad Gradus transtulit.

*Mente ca-  
pitur.*

*Vide iudiciū  
Dei & si-  
mo.*

Porrò pius Dominus, qui quos amat ar-  
 guit, & castigat, hunc quoque dilectum sibi fa-  
 mulum, alijs ijsque grauioribus incommo-  
 dis exercuit: ut scilicet ab omni scoria terre-  
 conuersationis, camino trāstoria tribulatio-  
 nis excoctus, tanquā aurum purissimum in ex-  
 celste regnum transferretur.

*Apocal. 2.*

Primum moto Saxonico bello, tēpestas gra-  
 uissimæ persecutionis fratrem eius VVesse-  
 lum Magdeburgensem Archiepiscopum, &  
 consobrinum eius Baconem Halbersteden-

sem Antistitem inuoluit. Cōtra quos, cūm Re-  
gi totius Saxonice gentis excidium spiranti o-  
pem satis alacriter ferre recusaret. naturæ pro-  
fectò legibus inhibitus, inuisus ei & suspectus  
redditus, periurij ac perfidię in simulatur. Hinc  
eum inter & Regem discordijs quotidie incre-  
menta accipientibus, ciues quoque Colonien-  
ses, quibus paulò antè vnice charus acceptusq;  
fuerat, ad necem ei inferendam (prò dolor) in-  
licitantur. Nec mora: Populus cœstro furoris  
cōcitarus, quadam vice, telis armisq; quecunq;  
fors obtulerat instructus, ad aulam ruūt Archie-  
piscopi; & in eum cum Monasteriensi antisti-  
te fortè cęnantem furoris sui tela cōtorquent:  
saxa iaciunt: nonnullos ex assistentibus interi-  
munt: ceteros plagis & vulneribus confectos  
in fugam vertunt. Deniq; Archiepiscopum ex  
eorum manibus vix fuga elapsum & in æde sa-  
cra D. Petri se occultantem arctissimè obsidens  
ferrum ei flammamq; & atrocissima quæque  
minitantes. Sed vir diuinus per posticum quæ-  
dam noctu egressus, furibundas eorum minas  
eludit: Nulsiamq; veniens, populorum ani-  
mos tam insigni accepta calamitate ad iustum  
adèd dolorem prouocauit, vt mox per quatuor  
vel quinque milliaria ad arma conclamarent,  
multaq; hominum millia dicto citius in v-  
num conglobata episcopum ad ciuitatem quæ-  
tocius recuperandam vi impellerent. Quò fa-  
ctum est, vt quarto dein à fuga sua die, magno  
vallatus agmine ad urbem accederet, eamque  
populo iam supplice factò, recuperaret. Cum-  
que toto triduo vir humanissimus & iniuria-  
rum omnium oblitus, aliquod satisfactio-  
nis

*Ciues Colo-  
nienses mortē  
ei machinan-  
tur.*

*Fuga euadit  
mortem &  
Nulsiam ve-  
nit.*

*Redit Colo-  
ni-m.*

genus  
qui lo-  
præd  
clam  
incur  
parti  
con  
tanti  
sæ vi  
Po  
inim  
ni su  
lo oc  
soler  
cogi  
qui e  
to Ba  
pice  
clum  
sede  
tus t  
com  
ire i  
nun  
figm  
zm  
lega  
dicæ  
fac  
exti  
tor  
tion  
ret,  
uoc

genus

genus à rebellibus expectaret, neque tamen quisquam omninò compareret, milites eius præda inescati, in scio planè antistite & vindictam omnem detestante, arma rapiunt; domos incurfant; possessiones diripiunt; occurrentes partim sternunt, partim captos in vincula conijciunt; & prorsus multo ferocius, quam tanti pontificis existimationi competeret, iustæ vitionis negocium exequentur.

Post hæc nouæ rursus ab ipso Imperatore inimicitæ excitatæ, grauiora ei minabantur: nisi sua prudentia & vitæ meritis nascenti malo occurrisset. Cum enim Imperator celebrata solennitate Paschali in Babinberg, Ratilponâ cogitaret, mox fictæ legationis adsunt nuncij, qui calumniabantur\* Gulielmum cognomento Bastardum Anglorum Regem ab Archiepiscopo Coloniensi vana pollicitatione illethum, cum maguo exercitu aduentare; regni sedem Aquisgrani occupare paratum. Territus tam atroci nuncio Rex, spirans irarum & comminationis in Archiepiscopum, Coloniâ ire instituit: sed Anno missis in occursum eius nuncius mandauit falsam omninò & scenicis figmentis similem esse fabulam, quam in eum æmuli sui composuissent. Impetrata dein per legatos coram veniendi copia, intetatum proditæ reipublicæ crimen in villa Andernaco sacramento purgauit. Verumenimuerò non extincto sed cohibito tantum furore, Imperator Coloniâ processit; sperans fore vt seditione concitata eum rursus ciuitate exturbaret, vel propter oppressos per calumniam innocentes, saltem reum Miestatis faceret. Sed

Tc s ille

*Sunt qui calumniantur  
summa Episcopi  
voluntate hæc facta  
falsum planè  
est: quemadmodum  
latini scribit*

*Lambertus  
Shafnaburgensis.*

*\* v. Wilhel-  
mum.  
Falso accusatur opud  
Imperatorem  
S. Anno.*

*Purgat se  
per legatos  
S. Anno.*

*Imperator  
Coloniâ  
venit, vt  
quoquo modo  
Annonem  
exturbet.*

ille omnes accusationum strophas responsi veritate ac sententiarum gravitate, tãquam arnearum telas dirupit. Postquam verò Rex innocentia eius ac vitæ integritate, cõsilijs quoque omnia septa vidit, nec vllum patere calumnia locum, ad aliud se vertit genus iniuriarũ. Exegit ab eo, non precibus quidẽ (vt oportuit) sed imperiosa quadam auctoritate, vt Coloniensibus admiffa in se temeritatis veniã daret, excommunicatosq̃ue Ecclesiæ reconciliaret: præterea vt ad firmamentum conservandũ erga se in perpetuũ fidei, sex sibi ex militibus suis obsides daret. Vtrumq̃ue ille cum magna constantia negavit; obsides quidem, quod nullus Regum priorum tale quid ab aliquo prædecessore suo postulasset: excommunicatorũ autem reconciliãtionem; quod sine digna satisfactione excommunicatos in Ecclesiam recipi, leges Ecclesiasticæ vetarent. Imminẽbat ille vehementer, minis terribilibus episcopi constantiam infringere tentans: sed Aneistes eximus Ecclesiasticæ libertatis vindex, fixus in proposito vitam sibi eripi posse, iniusticiam verò non posse respondebat.

*Feliciter & vita decedit 6. Anno.*

Ceterum vir beatus cæcorum illuminatione, prophetiæ spiritu, alijsq̃ue miraculorum signis admodum clarus, tandem pluribus alijs gravissimis tribulationibus velut in camino ad purum excoctus, anno Salvatoris 1075, episcopatus sui 21. pridie Nonas Decembris, e vita præfenti ad immortalẽ gloriam foeliciter migravit: cuius venerandum corpus non tam funus quam cæleste munus Colonia in processionem filiorumq̃ue suorum sanctificatione diebus

*Fide quanta veneratione Colonienses*



diebus sex solenniter circumduxit, & septimo tandem die cum ingenti comitatu tam honorificè quam luctuosè ad montem Sigebergensem ex Antistiteis ipsius voluntate transmisit; ubi & eximijs vt prius passim in vita floruit miraculis: hoc insigni decoratus Epitaphio.

*Patribus egregijs ornata Colonia multis:  
Ecclesie speculum misit ad hunc tumulum.*

*Emicuit mundo noua lux Annone secundo:*

*Qui per cuncta suo par erat officio.*

*Mensibus hoc denis, annis actòq, vicens:*

*Quarta Decembris cum lux tulit è medio.*

**VITA S. SABAE ABBATIS: EX EA** que est per Cyrillum monachū, aequè sanctitate clarum: Obijt anno Domini quingentesimo trigesimo primo, Aetatis suae nonagesimo secundo Iustiniani Imp. 5. Ioannis verò Pap. 1.

**S**ABAS magnus planè vir & ineffabili Dei amore incelsus, è Cappadocia in vico Mutalasca oriundus, parentes habuit Ioannē & Sophiam, ambos genere & pietate claros. Natus autem decimo septimo consulatu Theodosij, cum quintum ætatis ageret annū, parentibus, eius Alexandriam necessario cōmigrantibus, ipse diuina prouidentia Hermiæ auunculo relictus fuit: cuius vxor mulier impudēs & morosa, cum frequentes adolescenti molestias excitaret, auunculo relicto ad patrum suum Gregorium confugit: qui eum omniquidem humanitatis officio excepit, tractauitque benignè; sed orta mox inter patrum & auun-

*defuncti corpore  
prosecuti  
sunt.*

*Transfertur  
ad montem  
Sigebergensem.*

*Epitaphium  
est.*

*Vide Tom.*

*7. C. Baron.  
vbi quedam  
emendat que  
in Notat.*

*Martyr.*

*Rom. dixit.*

*5. Decem.*

*Patria &  
parentes eius.*

*Affligitur ab  
vxore auun-  
culi sui ad-  
huc puerq*

& auſculum eam ob rem diſſenſione, grauiore quam antè, pius adoleſcens animi ægritudine conſictari cœpit. Vndè arrepta occasione philoſophico medicamine dolori ſuo medendi, ſtatuit cunctis opibus mundi quæ deliciaſ valere iuſſis, cœleſti ſe totum tradere diſciplinæ, & angelicam in humano corpore quietem æmulari. Nec mora: Patria cognatis, diuicijs, rebus quæ alijs, quæ maximè adoleſcentium animos delinire ſolent, relictis, ad monaſterium Flauianæ, tutiſſimum quietis portum conſugit: vbi breui tanta vitæ ſanctitate & fide in Deum emicuit, vt etiam ardentem ingreſſus clibanum nihil ab igne læſus fuerit. Inter hæc occultis virtutum facibus agitabatur, vt loca ſancta & inſtituta patrum in eremo degentium perluſtraret: obtinuit quæ tandem à monaſterij Præfecto cœleſti viſione admonito, vt ſanctis ſuis deſiderijs faceret ſatis. Abiens itaque primo in Euthymium fama ſanctitatis celeberrimum incidit; qui eum ad Theoctiſtum monaſticis diſciplinis præſtatiſſimum miſit. Et quidem Theoctiſtus ſummo cum gaudio venientem excepit: ſed paulò poſt importuna Ioannis cuiuſdam petitione, qui monaſticæ diſciplinæ vinculis conſtrictus parentum recens defunctorum hæreditatem adire volebat, conſectus, eum cum eodem Ioanne rurſus dimiſit. Qui vt Alexandriam venère, mox agnitus à parentibus Sabas ingens ſuæ profeſſionis periculum adiit. Parentes enim viſo filio incredibiliter exhilarati, omnibus modis perſuadere conati ſunt, vt relicto ſeuerioris vitæ inſtituto, deinceps (paterna ſuſcepta militia) opib.

*Petit monaſterium relictis omnibus.*

*Ingreſſus clibanum nihil læditur.*

*S. Sabas venit ad Euthymium, qui eum ad Theoctiſtum miſit.*

opibus & dignitatibus amplificandis operam nauaret.

At ille cum præclara admodum illis oratione declarasset, quam esset indecorum ac periculi plenum, cælesti Rege relicto, terrestri denudò militare; ac manu semel ad aratrum missa, retrò respicere, ijs tandem constantiæ eius vel inuitè cedentibus, confestim cum Ioanne ad monasterium repedauit, ac paulò post, bona præfecti sui venia, in quandam speluncam serecepit; vbi annos continuò quinque in summa vitæ austeritate exegit: ita vt quinque cuiuslibet hebdomadæ dies cibi omnis potûsque expers soli precationi & operi manuum: vacaret. Assumpsit eum deindè S. Euthymius solitudinis suæ & certaminum socium: vbi, defuncto breui post beato patre, puer senex (hoc enim illi nomen indiderat Euthymius) horrendas dæmonum insidias & terriculamenta est perpeffus. Sed fide fortior semper de ijs triumphum egit; vir tanta mansuetudinis atque virtutis, vt feræ bestiæ illo familiarissimè vterentur. Confluxit autem ad eum hominum multitudo, qui virtutis pulchritudine, quam oculis cernebant, capti, illius sese disciplinæ subdiderunt, singulisque singulas cellulas lógo satis interuallo à se inuicem distinctas attributis, miro ardore præceptoris sui institutum æmulabatur. Inter eos discipulus quidam, Iacobus nomine, fœdis cœpit carnis cogitationibus infestari. Cumque importunius irruerent, & ille æstum earum diutius se ferre posse diffideret, consilium cœpit, vt sibi quidem videbatur vtile & præ-

*Degit in spelunca.*

*Ille sus viuis inter feras.*

*Congregat multitudinem monachorum.*

*Nota prapo-  
sterum mo-  
nachii zelū.*

& præmio cælesti dignum, sed reuera nefan-  
dum & vlticibus gehennæ flammis expian-  
dum. Cum enim, vt diximus, impotenti libi-  
dinis dominatu propemodum opprimeretur,  
animo incensus, immemor sacrorum cano-  
nū stricto mucrone sibi genitalia amputauit.  
Quod facinus ad aures Sabæ vt peruenit, ho-  
minem vtpotè in seipsum crudelem & homi-  
cidam, è Laura expulit: & fratrum commu-  
nitione indignum reputauit. Ille verò vbi præ-  
posterum pietatis suæ zelum cognouit, magno  
animi dolore prostratus, profuso lachrymarū  
imbre scelus suum detestatus est: donec ei de-  
super remissum fuit crimen, & dara delicti ve-  
nia à Saba diuinitus edocto, reditū impetrauit.

*Edidit multa  
monasteria.*

Condidit autem vir sanctus Lauras pluri-  
mas & innumerabilem monachorum multi-  
tudinem in Palæstina constituit; tantis excul-  
tam virtutibus, vt nomen illius apud summos  
pariter & infimos longè celeberrimum eua-  
deret. Et quidem quæ quantaque apud Impe-  
ratores pro Orthodoxæ fidei defensione pæ-  
trauerit, fortassis haud abs re foret explicare;  
sed rerum maximarum multitudine absterri-  
gi, stylum ad dulcissima pietatis illius eximie  
opera conuertimus. Cum aliquando Agareni  
quidam barbarum planè & improbum homi-  
num genus, ad eum in solitudine venissent, &  
fame siti que confecti cibos scrutarentur, ab-  
dita quæque lustrantes nihil inuenirent, Sabas  
instita benignitate permotus, dum illi cōiicia  
iactant & minas intentant, extensa statim o-  
nilla pelle, meleagriorum radicibus & arun-  
dinum corticibus eos excepit. Mirari autem  
barba-

*Egregia eim  
in Agarenos  
humanitas.*

barbari promptum eius & liberalem animam  
tunc quidem, ut licuit, famem sedârunt; postea  
verò redeuntes caseos & dactylos in grati ani-  
mi significationem attulerunt. Qua relicto ad  
pietatem & lachrymas cômotus diuinus Sabas  
grauissima ab imò pectore trahês suspiria: Hei  
mihi, inquit, barbari homines & ingenio mo-  
ribus efferati, tam exigui illius nostri beneficij  
memores, gratiam præclare & munificè refer-  
re studeant: & nos qui quotidie bonis Creatoris  
frui mur, sensu planè stupidi nullam Deo  
nostro grati animi significatione exhibemus?  
Hac recordatione frequenter obortis lachry-  
mis humani cordis duritiè & ingratitude  
deplorabat: dabatque operam ut se suosq; ex  
rebus etiam minimis ad Creatoris cognitione  
amoremq; prouocaret.

*Nota præ-  
clarum S.  
viri d. d. d.*

Cum aliquando per viam, quæ fert à Ruba  
ad Iordanem, iter haberet, Leo pedem  
paxillo transfixum grauerque saucium, ei  
curandum exhibuit. Ille autem pedem sen-  
sim attollens, euulso manu sua paxillo, sa-  
num & incolumem restituit. Quo permota  
beneficio fera, deinceps ei adhæsit, ac ferinæ  
naturæ oblita promptu in omnibus obsequiu  
exhibuit. Erat sancto Sabæ discipulus quidam  
Phlais nomine, qui asini ministerio Lauris in-  
feruebat. Ei verò asino Sabas leonem custo-  
dem adhibuit, qui viri sanctissimi mādato pa-  
rens, asini capistrum ore accipiebat, eumq; ad  
pascua ducês atq; reducês, non modo nō læde-  
bat, sed longo tēpore summa diligētia ab alio-  
rum iniuria vindicabat. Accidit autē ut Phlais,  
qui veri q; præerat, foeda libidinis cōtagione se  
pollue-

*Sanat pedem  
Leonis.  
Leo ei in om-  
nibus obsequit.*

*Leo ob cri-  
men cuius-  
dam, asinum  
accorras.*

pollueret : quo die Leo in asinum surrexit, cumque crudeliter deuorauit . Tunc Phlasis patrati sceleris sui magnitudine ( quod certeret feram expetere vindictam ) totus perhorrescens, fugam iniuratus, id quod res erat, crimen sanctum Sabam latere non posse, quod imple leo vindicta prodebat. Sed vir diuinus, qui peccatores insigni artificio curare nouerat, multo labore quaesitum ac tandem inuentum lenitate sua reduxit, & à crimine salutari dolore expiatum, maiori deinde virtute excule reddidit.

Porro qua via potissimum modoque ad summam virtutis sanctitatisque fastigium vir sanctus deuenit, vel hoc vnico exemplo facile quilibet iudicare poterit : Cum aliquando in horti cultura vehementius desudaret, malorum, quae ex arbore pendebant, cupiditate illectus, agrè appetitionem refranare potuit prorsus ut victus penè, manu pomum decerneret . Sed mox insidias maligni suspicatus, malum humi abiecit, acriter illicitos in semotus castigans, flens gemenisque quod in ipso statim limine callidi serpentis insidijs non retitisset . Ceterum hanc in posterum sibi legem imposuit, ut toto vitae tempore, malo amplius non vescatur, ut ea admonitus cautione maligni demceps suggestionibus confestim occurreret: neque pestifera blandientis cupiditatis venena, ne latum quidem vnguem, serpere pateretur. Seruauit verò omni contentione hanc deinde consuetudinem, ut nascentem cupiditatem statim elideret: ne, ut fieri solet, vel momento dilata vires caperet; quae postmodum

*Eccè quomodo  
vir sua  
fuit cupidi-  
tatem punit.*

modum magnis laboribus vix superari queunt. Hac igitur prudentia totum vitæ cursum constanter moderatus, ad consummatam monasticæ vitæ virtutumque omnium disciplinam peruenit; clarissimisque æmuloꝝ suorum ac hæreticorum victorijs inclutus, anno ætatis suæ nonagesimo secundo è corporis ergastulo ad cælos migravit: complurimis & post obitum vti & in viuis miraculis celeberrimus.

*Felicissimus  
obitus eius.*

VITA BREVIS S. DALMATII EPIS- *Videz. Tom.*  
copi Ticinensis & Martyris: Ex ea quam He- *Annal. C.*  
ronymus Vidas pulcherrimo cecinit carmine. *Barou.*  
Passus est anno Christi 303. Marcel. Pap. 7. Dioclet. & Maxim. Imp. 20.

DALMATIVS vitæ sanctitate & mar- *5. Decem.*  
tyrio clarus, patre Senatore ex Italia o- *Patria &*  
riundus, cum occultis Christianæ pie- *Parenies.*  
tatis & religionis incensus facibus, fidei propa-  
gandæ miro teneretur ardore, cunctis, quæ  
possidebat, relictis ad Albam ciuitatem Chri-  
stum prædicaturus perrexit. Ibi cum multis *Prædicat Al-*  
miraculis clarus impiam idolorum supersti- *ba Christi.*  
tionem extirparet, Valentinianus militum  
magister fama virtutum eius excitatus de Ra-  
nenna ad eum venit: orans supplicansque vt fi-  
lium graui detentum infirmitate liberare di-  
gnaretur. Dalmatius insita pietate motus sup-  
plices Deo preces cum lachrymis fudit: mox-  
que diuino admonitus spiritu militum Magi- *Sanat Valen-*  
strum in patriam redire iubet, filium pristinæ *tianæ milit-*  
sanitati restitutum, & cælesti lumine perfu- *tum mag-*  
sum asserens. Adhibuit dictis fidem Magister, *strum filium.*

VV

hnum-

filiumque in patriam reuersus incolumen inueniens, tanto perfusus est gaudio, vt sine mora Christo nomen daret, & se suaq; omnia pro fidei Christianæ propagatione libenter offerret. Expiatus igitur salutari lavacro à Dalmatio, totus ilico in opus Euangelij incubuit, & multos cum doctrinarum miraculorum virtute ad Christum couertit.

*Præclarum miraculum.* Porò Dalmatius salutis omnium desiderio flagrans, angelo duce, Ticinum abiit: vbi cum cælesti auxilio fluuium, sine pòte vel nauis, mirabiliter, multis coram positis, transiisset, rãta vniuersum populũ eo miraculo admiratione perculit, vt certatim, detestabili deorũ cultu relicto, ad eum cõfugerent; expiatq; aquis salutaribus episcopũ eũ constituerent. Ille verò fidelis & strenuus Euãgelij minister, nõ eos tantũ populõs diuini verbi prædicatione souebat, sed in Gallias insuper excurrens multos tũ præstanti doctrina, tũ miraculorũ virtute ab infœlici dẽmonum seruitute ad Christi castra transferebat. Denique diuina reuelatione ad

*Fit episcop⁹.* suam monitus redire Ecclesiam, iuxta Ticinum fluuiũ præclaram martyrij palmam est consecutus. Ibi namque ab impijs & hostibus Christiani nominis insensissimis captus, & gladij in cerebro maximè confossus, magno cum triumpho ad Christum migravit. Nam truncum ipsius corpus viuenti simile longo tẽpore persistit immobile; quo miraculo non solum hominẽ dẽ, sed ingens præterea infidelium turba lumen veritatis receperunt, moxque baptis-

*Predicat in Gallijs.* mate abluti Christi nomen longè lateque celeberrimum reddiderunt.

*Fit martyr.*

*Nota infigue miraculum.*



VITA S. NICOLAI MYRENSIS E-  
piscopi : Ex ea quæ est per Metaphrastem, &  
Leonardum Iustinianum Patricium Venetum,  
& Laurentij Venetorum Patriarchæ fratrem,  
conscripta. Obijt circa annũ salutis 326.

Vide Tom.  
3. Annal. C.  
Baron. &  
No. at. Mar-  
tyr. Rom.

**S** Nicolaus Myrarum antistes, vir profe-  
ctò in Republica Christiana nemini  
propè sanctorũ in omni virtutũ laude  
secundus, Pararæ in Lycia illustri inprimis lo-  
co natus est. Mater eius claro genere matrona,  
grauitate morum ac vitæ sanctimonia omni-  
bus conspicua fuit. Patri verò non tam vitæ  
splendor, quam integritas; nõ tam populi, quã  
Dei cultus: non tam diuitiæ quam eleemosyna  
in precio fuerunt. Itaque relictis mundi ille-  
cebris cum nullum eis, nisi bonarum actionũ  
studium esset, atque voluptas, summo Dei be-  
neficio vnicum hunc genuere filium; in quem  
diuinè ornandum omnis eorum diligetia, stu-  
dia & voluptates sunt collectæ: vt quem car-  
naliter genuerant, spiritualiter educarent, &  
omnibus sanctissimarum institutionum orna-  
mentis excultum, admirabilem cunctis mor-  
talibus redderent.

6. Decem.  
Patria eius.

Parētes eius  
quales fue-  
runt.

Nec dubium est infantem in ipso statim na-  
tuitatis exordio, diuino fuisse numine affla-  
tũ, sanctificatumque; vtpotè qui non prius vi-  
uere, quam Deum venerari, nõ prius comede-  
re, quam ieiunare cœperit. Compertum enim  
habemus, illum, cum reliquos dies noctesque  
omnes, crebrò nutricis sugeret vbera, quar-  
ta tamen sextaque feria, nullis blanditijs, nul-  
lo nutricis lenocinio, nulla naturæ necessitate

V v 2 induci

*Notarem  
miram in  
infantulo  
Nicolao.*

induci potuit, ut antè vesperam, lac gustaret; immotoque hoc ipsum seruauit ordine: prorsus ut non fortuito aut aliqua stomachi intemperie factum fuisse constet.

*Qua'is eius  
adolescens.*

Postquam verò è pueritia excessit, castissimos mores & disciplinam ab optimis acceptam parentibus in melius redigens, nouos quotidie honestatis & pietatis non destitit edere fructus: donec multa ingenuarum disciplinarum scientia imbutus, alijs etiam sanctioris vitæ exemplū & norma esse inciperet. Ab omni humanæ laudis cura alienus, æqualiū sodalitates, conuiuia, consuetudines vitabat omnino: mulierum verò colloquia & conspectum tanquam pestilentissimam iuuenilis animi labem fugiens, totum sese honestati pudicitiaque addicebat. Libidinū & carnis incendia quotidianis laboribus, ieiunijs, vigilijs extinguebat. Enitebat iam tunc in adolescēte feminis quædam modestia & grauitas; qua fluctuantis ætatis inconstantiam præclare firmabat. Erat verò illi auunculus Nicolaus nomine; à

*Auunculus  
eius etiam  
Nicolam di-  
ctum.*

quo hoc nomen traxisse verisimile est; vir integritate vitæ ac sanctimonia illustris; egregius in Ecclesia antistes; qui cernens nepotem castis operibus & studio religionis mirifice florere, summa parentum voluntate & gaudio, sacerdotio eum initiauit: initiatumque monasterio à se constructo nobili sanè atque illustri sub nomine sacre Sion moderatorem præfecit.

*Præficitur  
monasterio  
ab auunculo  
constructo.*

*Parētes eius  
pestis tollit.*

Interea parentibus pestilenti contagione, quæ Lyciam ea tēpestare depopulabatur, euita sublatis, cum hæres testamento institutus amplif.

amplissimas possessiones adiret, mox vir constans & sapiens, qui ab ineunte ætate funditus ex animo terrenas eiecerat cupiditates, non *Liberalis est ad congregandas diuitias, sed ad congestas in pauperes.* in pauperes & miseros dispertiendas animū applicat. Cuius reliquas eleemosynas intelligemus facilius, si hoc vnum è pluribus celeberrimum illius factum subiiciamus.

Erat Pararæ vir genere nobili, qui (vt fert humanarum rerum inconstantia, & fortunæ ludibrium) ab alto honorum culmine in summum contemptum, & à diuitiarum gloria in extremam rerum omnium inopiam decidit. Ei erant filia tres, corporis formæque venustate & morum elegantia longè præstantes; virgines omnes, & quarum ætas (si patris calamitas non obstitisset) nuptias flagitabat. Has inops pater, omni rerum egestate calcatus, nõ modò viro tradere, sed ne alere quidem quo pacto poterat: neque spes vlla miserum hominem solabatur, qua quotidie crescentis inopiæ vim perferret. Heu rem dictu fœdam, heu quo mortaliū mentes insuperabilis vis egestatis impellit? Tetrum, atrox, immane facinus patrem (paternæ pietatis memoremne, an immemorem dixerim?) exagitat filiarū decus ac pudicitiam deserentem, vt natis esuriētibus non deesset. Cœpit enim de illarum virginitate alienæ prostituenda libidini cogitare, vt turpissimo & flagitioso quæstu vitā pereuntis familiæ tueretur. Iam vesana fames reluctantem patris animum ægrè perfregerat. Iam crudele & humanis indignum luminibus spectaculum parabatur. Quod simulac, Deo sic

*Nobilis quidam pressus inopia, vult prostituere filias suas.*

*Mirè odit  
laudes hu-  
manas Ni-  
colam.*

*Leuat ino-  
piam nobilis  
viri.*

volente, Nicolaus cognouit, tum rei atrocitate, tum insita pietate commorus, in auxilium periclitantium totus accingitur. Sed cum animus misericordie studio vehementer arderet, & humanum sui beneficij testimonium refugeret, qua potissimum ratione cogitatum charitatis opus perficeret non videbar. Itaque impiger illius animus his agitatus stimulis, in tempesta noctis silentio è strato profiliens, auri haud mediocre pondus sacculo bellè insutum sumit; domo egreditur clanculum; miserandæ familiæ domum tacitus adit; circumspectat sagaciter omnia; animaduertit tadem, luna ipsa adiuuante, fenestram apertam paululum: Ea cubili inseruiebat, in quo infœlix pater membra quieti tradiderat. Tunc Nicolaus pulcherrimam sibi à Deo oblatam occasionem ratus, auro per fenestram immisso, domum se statim proripit. Manè pater auri comperto miraculo, stupens, cum tanti muneris datorem suspicari non posset, dæmonum eam esse, aut callidi cuiuspiam hominis fallaciam putat, adulterinoque se credit lusum auro. Indè cum aurum digitis contrectaret, iaque rei cognosceret veritatem, incredibili lætitia gestiens, lachrymas vbertim effundit. Miratur rem; animo versat omnia. Et cum humanum benefactorem coniectare non posset, in Deum hoc muneris transferens, Quid faciam nunc miser, inquit, ne tanti beneficij ingratus arguar? Certum est, peccatum meum diluere, & impio me ac nefario scelere expiare. Filiæ, in cuius pudicitiam crudelissimè sæniebam, à fœdo periculo eruam. Aurum virginem redi-

mat, quæ meo scelere auri gratia perdenda e-  
 rat. Hæc itaque secum reputas, primam ex tri-  
 bus filiam honesto marito locat. Nicolaus nõ  
 minus dato, quam ille accepto munere gau-  
 dens, ubi virginem vidit à periculo liberatam,  
 Liberabo, inquit, & reliquas; auriq; tantun-  
 dem noctu, vt antea, per parentum fenestram  
 immittit. Diluculo pater cum secundum aurũ  
 inuenisset, vix sui compos, humi supplex sese  
 prostermit. Tum ora pectusq; largis irrigans  
 fletibus; Deus inquit, misericors, esurientiũ li-  
 beralis alumne, fac (quæso Domine) vt sciam  
 quo ministro tu flagitiorum meorum pericu-  
 lum sustulisti, vt te, Domine, in illo laudem, te  
 in illo magnificem, te in illo contempler, Do-  
 mine; qui me iam pridẽ sanguine tuo redemi-  
 sti, & nũc auro pereuntẽ familiã redimis. Hæc  
 dicens, non prius destitit, quam alterum quo-  
 que generũ sibi affciuit, nec minori certẽ gau-  
 dio duplicis cõiugij celebrati, quam spe tertij  
 quoque propediẽ celebrandi. Iã enim tantum  
 sibi de Dei misericordia pollicebatur, vt sese  
 putaret tertix quoq; filix dotẽ tenere manib<sup>9</sup>.  
 Itã ab inferno ereptus homo, noctes diesq; per-  
 petuo ereptoris sui desiderio æstuabat. Statu-  
 itque noctes insomnes per excubias ducere,  
 quoad, quisnam esset hic, exploratum habe-  
 ret. Nec minus admirabilis noster, tertiam  
 quoq; filiam nuptijs tradi cupiebat. Profunda  
 itaque nocte veniens tacito, vt assolet, pede,  
 per eandem fenestram, tertiam iniecit dotem.  
 Ac peruigil pater decidentis auri strepitu mo-  
 nitus, quanta potest pedum velocitate profi-  
 liens, Nicolaum tandẽ fugientem assequitur:

V v 4

com-

*Fornicatio  
 nis crimen  
 s. Nico' auro  
 sua eleemo-  
 syna impe-  
 dita*

comprehendit; tenet; atque illius pedibus aduoluit, redemptorem suum, adiutorem, saluatorem pereuntium animarum flens gaudetque compellat. Talia lachrymantem, beatorum osculantem pedes, Nicolaus egrè compescunt: qui cum beneficium suum quanta potuit humilitate attenuasset, multis tandem adiurationibus, ut rem nulli mortalium patefaceret, frustra precatus est. Vna igitur hæc ex innumeris propè misericordis hominis huius elemosynis. Quod si reliquas quoque recensere pergemus, quoties indigentibus opè tulit, quoties pauit esurientes, quoties alieno grauato are leuauit, immensi propemodum laboris fuerit.

*Multa S. Nicolai in egenos benignitas.*

Postea verò quam perfecta iam & absoluta viri virtus illum maiore Dei familiaritate dignum effecit, cœpit eum solitudinis cupiditas ingens: ita ut eo desiderio vehementer æstuans in Palestinam profectus sit, ut loca sancta Christi Saluatoris vestigijs pressa venerabundus inuiseret: ac deinde se totum solitudini dicaret. Qua in peregrinatione cum sereno & tranquillo cælo è portu solueret, horrendas ventorum turbinumque procellas imminere prædixit. Nautis autem nihil aduersi suspicantibus, ecce derepentè vehemens atraque vis tempestatum exoritur; quæ nauim rapidis vorticibus circumactam in profundum cum viri ipsi iam iam demergere videbatur. Vectoribus hoc modo miserè periclitantibus & Nicolai preces cum fletu implorantibus, vir Dei fusa breui oratiuncula fluctus sedauit; turbines in leuam auram dissoluit; & vndique

*Iter ad loca sancta suscipit.*

*Precibus suis sedat tempestatē.*

di que læta tranquillaq; pereuntibus reddidit. Tum nautę à lachrymis in gaudium versi, ex animo gratias cùm Deo, tum admirabili eius famulo agere, duplici viri admiratione commoti quodd & futurum prædixisset periculum, & præsens tam facile sustulisset. Auxit verò illorum admirationem insequentis quoq; rei miraculum. Conscenderat nauta supremum antennę cornu, qui lubricante manu, magno lapsu super navis tabulata corruit: ita vt confuso corpore animam iam emigrasse dubium non esset. Quem Nicolaus, defixis in cælum oculis oratione sua ad vitam reuocauit: & repente incolumen ad obeunda navis munera remisit.

*Excitat mor-  
tuum.*

Hiscæ defuncti periculis Alexandriam appulerunt: inde in Palæstinam, vt constituerat, cõtendens, simulac sacrosancta loca venerabundus lultrauit, in solitudinem sese colligere parat. Sed semel iterumq; à Domino nocturna visione admonitus, vt ad oues, quas reliquerat in Sion, confestim rediret, diuino mädato impiger paruit: conductaq; precio nauis Alexãdrina in Lyciam remeauit. Ibi sese suũ in monasterium tanquã in portum à turbulentis mundi actiõibus tranquillissimum recipiẽs: reliquum vitę tempus in cælestium rerũ contemplatione exigere decreuerat. Cæterũ cùm quadam nocte orandi contemplandiq; gratia, vt insueuerat, in locum secretiorem sese abdidisset, cælica huiusmodi vox in aures eius insonuit: Nicolae ad mundi palæstram tibi redeundum est: si æternę vitę coronam expetis.

*Cupit manere in solitudine Nicolam, sed diuinitus prohibetur.*

*Audit cælestis vocem S. Nicolam.*

His verbis exterrito cogitantique, quidnam vox ista portenderet; iterum eadem acrius in-

V v 3 tonans;

*Incipit an-  
notarum s.  
Iustitiam  
bere.*

tonans: Nicolae, inquit, nō est hic ager, in quo fructum, quem ex te flagito, proferas; Ad homines redi, vt in te nomen clarificetur meum. Tunc hac voce Nicolaus imperatum sibi à Deo intelligens, vt miseris mortalib. è cœno peccatorū eruendis operam nauaret, relicta Patara, Myras abiit: vt ignotus minori cū propria salutis periculo lucrandis animab. incūberet.

Fortè per eos dies Myrensis pontifex è vita migrarat. Cumq; prouinciales episcopi, precibus & ieiunijs de successore deligendo solliciti, diuinam mentem sedulò consultarent: cuiusdam inter omnes vitæ meritis præstantiori, diuina reuelatione significatum fuit, vt ab oratione confestim se ad templi excubias cōferret, nihil dubitans eum diuinitus Myrensi ecclesiæ episcopum destinatū, qui primus summo mōne ecclesiæ oraturus accederet. Virum esse sanctitate & prudentia ornatissimum Nicolai nomine: nulli prorsus in ea dignitate postponendum. Hoc oraculo cuncti præsules admōniti, fideles præseorsibus ecclesiæ posuere custodes, qui Nicolaum diuinę voluntatis ignorantes, ac nihil tale suspicantes, primo diliculo ad Ecclesiæ orationis ergò properatē exceperunt. Et quidem diuinorum iudiciorum sedulus explorator ingrediēti Nicolao templi vestibulum manus iniecit, percunctansque de vitæ conditione: dic, inquit, quo nomine voceris? Et ille mansuetè ac verecunde: Peccator, inquit, sum & seru⁹ inutilis, nomine Nicolaus. Hoc accepto responso Episcopus, incredibilè repletus gaudio apprehensum dextera adire, quos introduxit episcopos: qui vnami contem-

*Diuinitus  
declaratur  
Myrarum e-  
piscopus.*



& insolita quadam veneratione Myrensem  
 antistitem eum consecrarunt. Nicolaus noui  
 huius velut prodigij vix sui compos, cum re-  
 lectari non posset, tandem Myrensem thronum  
 consecratus conscendit.

Tum verò licet pristini illius mores accura-  
 ta sanè castigatione essent còpositi, tamen non  
 ignorans alium esse priuati hominis ratione,  
 aliam magistratum gerentis; vitam omnem  
 moresque pro magistratus dignitate transfor-  
 mandos putauit. Igitur vnica in die refectione  
 eaque vespertina contentus, totum diem pu-  
 blicis negocijs studiosè impendebat. Intercoe-  
 nandum nunquam sacrorum librorum aberat  
 lectio; vel certè aderant sacerdotes eruditione  
 & vita probati, à quibus suauiori aliquo animi  
 cibo alebatur. A mensa in cubiculum se reci-  
 piens, totus in cælestiū contemplationū cam-  
 pum diffundebatur; & animum diurnis alienis-  
 que curis distractū, nocturna meditatione col-  
 lectum refouebat. Inter quas delicias meliori  
 noctis parte absumpta, tandem demissa humi  
 membra breui admodum somno reficiebat.

Nulla autem virtus magis in eo eluxit, quàm  
 ardentissimum charitatis studium, quo labo-  
 rantibus quauis in necessitate promptus ac a-  
 lacer occurrebat: prorsus vt nò modò res suas  
 egentibus còferret, sed frequenter etiam à di-  
 tioribus pecuniam mutuò acciperet, vt viduis  
 & orphanis subueniret. Eadem illa tempestate  
 Diocletiani & Maximiani edicto crudelis  
 Christiano nomini persecutio parabatur: cui  
 vir sanctus cum còstanti prædicatione occur-  
 reret, ab Imperatorum satellitibus còprehens-  
 us

*Semel tantū  
 vescitur  
 quotidie id-  
 que vespere.*

*Cubat humi.*

*Summa illi  
 charitas.*

*Cōiicitur in  
 carcere pro  
 confessione  
 fidei.*

sus & in carcerem coniectus, varijs captiuitatis incommodis affectus fuit: quæ tamen tanta virtute & animi magnitudine tolerauit, ut suo exemplo cæteris confessoribus incredibile animi robur adderet. Postea verò Constantino ad Imperij gubernacula euecto è custodia cum innumeris alijs dimissus Myream redijt: atque profligata penitus è sua Diocesi idololatria, ab Nicenum Concilium cum trecentis illis deo & octo patribus contendens, Arianorum hæresim condemnauit.

Eadem tempestate Constantino nunciatum est, à nonnullis rerum nouarum cupidis seditionem haud negligendam in superiori Phrygia excitatâ. Ad eos reprimendos motus, Constantinus tres mittit legatos: Nepotianum, Vrsulum, & Herpilionem: qui cum armis celere ad negocium sibi datum profecti Andriaciama appulere: vbi Eustachius vrbis præfectus calumniatorum quorundam auro victus, tres viros innocentissimos paulò post in carcerem coniecit, & capitis contra omnem iustitiam damnatos ad vltimum supplicium trahi iussit. Quod simulac Nicolaus intellexit, assumptis secum Constantini legatis, ad locum supplicij velox contendit: & tres illos viros manibus post terga vinctos, & lumina linteolo velatos, nudâq; colla carnificis securi iam præbentes, offendit. Nec mora, vir diuinus vilo nefario spectaculo, grauter admodum & cum seueritate carnificem compellans. Quid agis, inquit, scelereste? securim contine: simulque accedens impudus & fidutiæ plenus, cum regia quadam auctoritate, extortam è manibus securim abiicit & po-

*In Niceno concilio damnatur hæresis Arianâ.*

*Eustachius quidam præfectus tres innocentes captus dânat.*

*Liberat eos S. Nicolaus.*

et populo ad tantum tamque præclarum facinus stupente, simulque viri virtutem laudate, innoxios abire iubet. Crudelem verò Præfectum in pœnitentiam quidem versum, multisque lachrymis suppliciter sibi veniam postulante, seuera admodum increpat obiurgatione.

His peractis legati Constantini in Phrygiâ proficiscuntur, ac re ex animi sententia ibidem confecta Byzantium regressi sunt: vbi pro meritis non modò accepti non fuere, sed confectis criminibus accusati ab æmulis, & in carcerem coniecti, capitis insuper damnati sunt. Cumque amicis cognatisque frustra imploratis, necem ceruicibus suis impendentem conspicerent: Nepotianus Nicolai recordatus, quòd tribus illis Myrensibus mirabili virtute succurisset, mortis suæ socios hortatus est, ut hunc ipsum innocentie suæ patronum ex animo implerent. Illi ad orationem lachrymis & mente conuersi, sanctissimi viri patrocinium inuocant: & eccè sequenti nocte Nicolaus Imperatori per quietem apparens ore profecto sicuti venerando, ita & terribili imperauit, ut tres illos per inuidiâ accusatos & iniuria damnatos absoluat, & pristinae dignitati honorificè restituat. Qua sanè visione ita motus est Imperator, ut non modò victos per calumniâ liberaret, & nouis honoribus, ut æquum erat, afficeret, sed ipsi insuper Nicolao Euangelium aureis exaratum literis dono mitteret, aureūque thuribulum gemmis & arte insignes, & duo præterea puro ex auro candelabra in perpetuū suæ pietatis monumentum offerret. His atque

alijs

*Item tres legiti innocentes in carcerem traduntur.*

*Capitis damnati implorant patrocinium S. Nicolai. Ille eos liberat mirabili visione.*

*Constantinus ei mura mittit.*

*Contigere* alijs admirabilibus viri factis, eousq; nomen  
*hac (teste C.* eius diffusum est, vt iam vel remotas orbis pla-  
*Baron. Tom.* gas attingeret; essetq; calamitosus & periculi-  
 3. *Arnal)* tantibus certissima spes atque refugium: adeo  
 anno Domi- vt nautas quosdam presenti naufragio peri-  
 ni 326. ac nō clitantes opemq; illius suppliciter implora-  
 multo post tes è mortis faucibus mirabiliter extraxerit.  
 tempore S. Cum enim turbulentis maris obruti procel-  
 Nicolaum lis, clauoq; destituti sanctissimi huius viri pre-  
 vitafunctū ces meritaq; implorarent, ecce vir sanctissi-  
 esse affirmat mus ilicò præfens adesse visus, arrepto clauo  
 S. Nicolaus nauim erigit, gubernatq; & sequentes conse-  
 adhuc viuēs stim procellas placans, nautas eandem in ad-  
 apparet ipsū mirationem, in quam olim ipse Dominus disci-  
 inuocantib. pulos, impulit: ita vt dicerent: Quis est hic,  
 quia mare & venti obediunt ei? Et ipse Christi  
 promissis fidem faceret dicentis: Amen dico  
 vobis qui credit in me, signa quæ ego facio, &  
 ipse faciet, & maiora horū faciet. Ità cum pro-  
 cellarum omnis illa superbia reledisset, eisq;  
 placidam reddidisset nauigationem, ex oculis  
 eorum euauit. Eximiū profectò tati viri cala-  
 mitosis hominibus opitulandi studiū. Ferunt  
 quoq; beatissimum hunc caelesti quadā oris &  
 vultus venustate fuisse; moribusq; senili ac ve-  
 neranda grauitate iucundis, & veluti sanctifi-  
 cationem quandam & gratiam ex se spiranti-  
 bus: in cuius intuitu ea fuere vniuersæ honesta-  
 tis species & exemplū, vt sibi congressos aspe-  
 ctu solo à vitijs ad virtutem facile reuocaret.  
 Si quem autē nactus esset vlla animi molestia  
 laborantem, nunquàm non abundè consolatū  
 atque lenitum abs se misisset. Tradunt præter-  
 eà ex eius vultu velut coruscantia fulgura mi-  
 care

*Ioan. 14.*

*Singularis  
 gratia vul-  
 tus eius.*

ore solita: faciemque super humanum eluxisse splendorem.

Hic itaque tantis præditus ornamentis, sic inter mortales versatus est ut caelo semper, & immortalitate omnium consensu dignissimus videretur. Qui cum diutius quasi lilium intra Myrenses hortos iucundissime redoleuisset, tandem dierum plenus & diuinarum virtutum odorem atque suauitatem fragrans, in caelestem patriam cum omni lætitiæ significatione migravit. Venerabile corpus eius singulare orbis terrarum ornamentum, episcoporum, vniuersitæque cleri, & populi laudibus & lachrymis decoratum, in templo, quod Myris maximè omnium ea tempestate erat & pulcherrimum, conditum fuit. Ex cuius purissimis & redolentibus membris circa annum Domini 1088. Barum Appuliæ oppidum translatis, per antea acta secula in hunc usque diem, nectareus distillat liquor; certissima spiritalium ac corporalium agritudinum medicina.

*Abit e corpore in caelum.*

*Nota miraculum quod hæcenus videri dicitur. Translatio reliquiarum eius.*

**MARTYRIVM SS. DIONYSIÆ, DANTIAE, LEONTIÆ, TERTII, BONIFACII, & aliorum quorundam.** Ex lib. 3. sancti Victoris Episcopi Vicensis: De persecutione Vandalica. Coronati sunt anno Dominici Natalis 484. Felicis Papæ 2. Hunnerici Vandalorum Regis 8.

*Vide Tom. 6. Annal. C. Baron.*

**C**VM Hunnericus Vandalorum Rex sanguinem innocetium sitiens per Africanae terræ prouincias vno tempore tortores crudelissimos destinaret, qui hos fustibus, illos suspendio, alios ignibus concremabant; inter mulieres præcipue nobiles quas contra

*6. Decem.*

ius

*S. Dionysia  
matrona pul-  
cherrima  
crudelissime  
caeditur.*

*Nota egre-  
giam matro-  
nis constan-  
tiam.*

*Præclara  
vox S. Dio-  
nyſiæ filium  
ſuum con-  
fortantis.  
Matth. 22.*

ius naturę nudas omninò in facie publica cruciabant, Dionysiam comprehendere: matronam constantem non modò & pro Christianę fidei defensione certare paratam, sed cæcis etiam pulchriorem: quam primò nisi summissibus expoliatam aptare. Illa verò non de suppliciorum atrocitate, sed tantummodò de pudicitia sollicita: Cruciate, inquit, hoc corpus, ut liber: sed verecūda membra nolite nudare. At verò crudelitatis ministri eò amplius furentes, celsiori loco vestimentis exuta constituit, publico eam spectaculo superare conantes. Cumque virgarum ictibus sanguinis rivulus toto corpore exprimerent, & insultantes libidinio haberent, illa ad ministros conuersa libera voce ait: Ministri diaboli, quod ad opprobrium meum facere computatis, hoc ipsum vel maximè mihi laudi cædit. Et quia diuinarum scientia scripturarum erat plena, alios inter pœnarum cruciatus ad martyrij gloriam hortari non destitit: prorsus vt sanctissimo suo exemplo vniuersam patriam suam liberauerit.

Erat ei filius vnicus teneræ admodum ætatis & delicatulus: qui timore pœnarum formidolosus contremiscebat: quem mater nutibus oculorum & auctoritate materna ita confortabat, vt paulò post ipsa matre fortior redderetur. Cui inter crudelia verbera, pia mater ita dicebat: Memento, fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre Catholica baptizati sumus: nõ perdamus indumentum nostrę salutis; ne veniens inuitator vestem non inueniat nuptialē, dicatq; ministris: Mittite in tenebras exteriores,

res, vbi erit fletus oculorum & stridor dētium. Illa poena timenda est, quæ nullo vnquam tempore finem habet: illa desideranda vita, quæ semper habetur. Talibus itaque filius, Majoricus nomine, verbis animatus, in certamine confessionis spiritum reddidit: quem mater in propria domo sepulturæ mandatū magno gaudio & læticia est venerata: nequaquam se à filio alienam existimans, quem martyriū coronatum in cælis triumphare non dubitabat.

Quantos verò in illa ciuitate Deo eadem acquiuerit matrona longum est enarrare. Nam & eius germana Datiua nomine, & Leótia sancti Germani episcopi filia, cognatusque Datius venerabilis \*Emilius medicus, religiosus quoque Tertius, Trinitatis confessione præclarus, vel Sibidensis Bonifacius quanta pertulerint, qualibusque euiscerati cruciatibus de cunctis hostibus triumphum egerint, nulla vis orationis explicare potest.

*Inferni cruciatum timēdi.*

*\*Vsuarius hunc AEmilianū vocat.*

VITA S. ASELLÆ VIRGINIS: EX

ea, quam D. Hieronymus ad Marcellam scripsit, epistola 15. & ad Principiam epistola 140. Quod ad nomen spectat, erat id cognomen nobili Romanæ familia. Vide Cic. orat. 6. in Verrem P. Annij Aselli.

*Vide C. Baron. in Not. ad Martyr. Roman. ac Tom 4. An. 1.*

ASELLA virgo sanctissima in matris utero benedicta, infantia adhuc pannis inuoluta, & annum ætatis vix decimum excedens, honore futuræ beatitudinis condecoratur. Sed cæteris omissis, veniamus ad

*6. Decem. Asella benedicitur in matris utero*

xx ea 1 x

*Mira abstinentia eius.*

ea quæ post duodecimum annum sudore proprio elegit: arripuit; tenuit; cœpit; impleuit. Vnius cellulæ clausa angustijs, latitudine paradysi fruebatyr. Idem terræ solum, & orationis locus extitit & quietis. Ientium pro ludo habuit, in ediam pro refectio- ne. Et cum eam non vescendi desiderium, sed humana confectio ad cibum traheret: pane, sale, & aqua frigida concitabat magis elurientem, quàm restinguebat.

*Voluntaria paupertas.*

Cum primùm hoc propositum arripuit, aurum colli sui, quod quidē murenulam vulgus vocat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena contextitur, absque parentibus vendidit, & tunicam fusciorem, quam à matre impetrare non poterat, induta, pro negociationis auspicio, se repentē Domino consecrauit: ut intelligeret vniuersa cognatio, non posse aliud ei extorqueri, quæ iam seculum damnasset in vestibus.

*Solitudo & silentium.*

*3. Thess. 3.*

Ita se semper moderatè habuit, & intra cubiculi sui secreta custodiuit, ut nunquã pedem proferret in publicum, nunquam viri nosset alloquium: & quod magis sit admirandum, sororem virginem amaret potius quàm videret. Operabatur manibus suis; sciens scriptum esse: Qui non laborat, non manducet. Sponso aut orans loquebatur, aut psallens. Ad martyrum limina penè inuisa properabat. Et cum gauderet proposito suo, in eo vehemētius exultabat, quod se nullus cognosceret. Cumque per omnem annum iugi ieiunio pasceretur, bi duo tri- duoque sic permanens: tum verò in Quadrage-  
sima



fama nauigij sui vela tendebat; omnes penè  
 hebdomadas vultu lætante coniungens; &  
 quod impossibile forsitan est hominibus ad  
 credendum, DEO autem præstante pos-  
 sibile est, ita ad quinquagenariam peruenit  
 ætatem; vt non doleret stomachum, non  
 viscerum cruciaretur iniuria, non sicca hu-  
 mus iacientia membra confringeret, non sacco  
 asperata cutis, foetorem aliquem situmq; con-  
 traheret: sed sana corpore, anima sanior, soli-  
 tudinem putaret esse delicias, & in vrbe turbi-  
 da inueniret eremum monachorum. Et hæc  
 quidè tu melius nosti à qua pauca didicimus,  
 & cuius oculis durities de genubus camelo-  
 rum in illo sancto corpusculo præ orandi fre-  
 quentia obcalluisse perspecta est. Nos, quod  
 scire possumus, explicamus. Nihil illius seue-  
 ritate iucundius; nihil iucunditate seuerius:  
 nihil suauitate tristius; nihil tristitia suauius.  
 Ita pallor in facie est, vt cum cõtinentiam iu-  
 dicet, non redoleat ostentationem. Sermo fi-  
 lens, & silentium loquens. Nec citus, nec tar-  
 dus incessus: idem semper habitus. Neglecta  
 mundities, & in culta veste, cultus ipse sine  
 cultu. Sola vitæ suæ æqualitate promeruit, vt  
 in vrbe pompæ, lasciuiæ, ac deliciarum, (in  
 qua humilem esse miseria est) & boni eam præ-  
 dicent, & mali detrahere non audeant; viduæ  
 eam imitentur & virgines: maritalæ co-  
 lant, noxiæ timeant; suspi-  
 ciant sacerdotes.

*Amanti ni-  
hil difficile.*

*Solitudinem  
delicias re-  
putat.*

*Eius genna  
in camelorū  
duritiem ob-  
calluerunt.*

*Perfectio  
eius.*

## VITA SANCTISSIMI ET PRÆ-

tantissimi viri D. Ambrosij Praefulis Mediolanensis, Ecclesiae Doctoris clarissimi: Ex ea quae est à Paulino presbytero primum, ac iam reuocata à Ioanne Costerio fideliter conscripta. Obijt anno à Christi Incarnatione 397. Siricij Papae, Arcadij & Honorij Imperator. 3. cum sedisset Annos 22, Menses 4. dieb. 3. minus, etatis vero suae anno 64 vix inchoato.

Vide Tom.  
C. Baron. 4.  
& 5. Annal.  
& Notat. in  
Marty Rom.

7. Decem.  
Patria &  
parietes eius.  
a Anno Con-  
stantini 28.  
fuit in Chri-  
sti Domini  
3. 3.

Præsigium  
de Ambro-  
sio.

Dat operam  
litteris Ro-  
mae.

**D**IVINVS planè vir Ambrosius Roma sub Caesaris Constantij a imperio filio Constantini Principis, nobilitate claro in primis stemmate ortus, patrem habuit Ambrosium nomine: Gallicanae provinciae praefectum: quae tunc summa dignitas, nisi summos ac praeclearissimos viros conferebatur. Porro Ambrosius infans, quantis in vita pietatis pariter & scientiae decorandus esset orationis, huiusmodi praesagio ostensum est. Cum in area praetorii in cunabilis positus aperto ore dormiret, subito apum examen adueniens, faciem eius atque ora compleuit, ita ut ingrediendi in os, egrediendi que vices frequentarent. Quae deinde (expectante patre, quo sine miraculum illud clauderetur) auolantes, in tantam aeris altitudinem subleuatae sunt, ut faciem oculorum planè effugerent. Quo facto territus pater; profectò, inquit, si ante diem hic infantulus è vita non excefferit, ad ardua quaeque & summa pertinet. Itaque ubi artibus liberalibus Romae institutus fuit, contempta fortunae temeritate ac vanitate, nihil humile, nihil abiectum meditatus est: sed, quo

erat, viuido, erecto, & excelso animo, quid-  
quid eruditionis vel apud Græcos vel apud La-  
tinos esset, summo studio euoluit, excusitque:  
assiduo ac pertinaci labore animum cunctis  
artibus ac disciplinis excolens: & tunc ex AE-  
gyptijs opibus incomparabilem thesaurum sibi  
corradens: quem postea ad Dei templi digni-  
tatem maiestatemque ampliandam esset ex-  
prompturus.

Igitur simul ac maturiorem attingit ætatem, *Agit Aduo.*  
& in declamatoria palæstra summa cum om- *catum.*

nium admiratione luculenter grauiterg; ver-  
sari cœpit, vir illustris, Probus prætorij præfe-  
ctus, ob eximiam prudentiæ ciuilibus opinionem,  
eum ad se vocauit: vt in consilijs ac grauissima-  
rum rerû disceptationib. operam sibi nauaret:

*Fit' Consilia-  
rius.*

ratus nihil tam egregium tam magnificentum in  
eum conferri posse, quod non ipsius virtus ac  
præclara merita superarent. In ea administra-  
tione rerum publicarû, cum Ambrosius fidei  
ac prudentiæ suæ multa ac præclara documen-  
ta, cum summa iustitiæ & æquitatis laude de-  
didisset, voluntate Christianissimi Principis Va-  
lentiniani maioris, qui in Iouiniani demortui  
locum susceptus erat, Liguriam AEmiliamque

*Præficitur  
duabus pro-  
uincijs.*

prouincias gubernandas suscepit, cum iam ad  
annum ætatis 36. peruenisset. Ita autem se com-  
parabat, vt nunquam dignitatem aliquam vi-  
deretur consecutus, etiam amplissimam, quin  
maiore semper & ampliore dignus haberetur.  
Erat porro ea conditio id temporis ardua in-  
primis ac perdifficilis: qd' populus ille nouis  
rebus subindè studeret: frequentes motus cie-  
ret: nec nisi grauissimarû legum seueritate ac

Xx 3 maxi-

maxima cum difficultate in officio contineri posset. Quare opus erat hic viro insigni: qui & prudentia & usu rerum præstans, turbata componeret: nutantia sustineret: pacata in quiete ac tranquillitate conseruaret.

Ambrosium igitur in prouincias commissis proficiscentem: Probus Præfectus, quem optabat cum iustitia æquitate clementiamq; ad populorum regimen habere coniunctam, ad optimū moderamen hisce verbis, veluti quodam futurorum vaticinio, hortatus est, dicens: Vade, age nō vt Iudex: sed vt Episcopus. Quod vir diuinus succedente tēpore egregiè præstitit: erat siquidem facunda lingua facillimè sedans tumultus, & concordia non minus accuratè, quā dextrè ac foeliciter sarcians: nec id solum in ijs regionibus, vbi fungebatur magistratu: verū etiam quoties res apud alios spectabant ad seditionem, Ambrosius veluti peritus ac felix nauclerus, ad sedandam tempestatem accersebatur.

Eadem tēpestate tota ferè Insubria, magna- que Italię pars Ariana peste corrupta erat: maximas ad eam rem faces suggerente Auxentio quodam, homine & sceleratissimo & crudelissimo; qui nefandi dogmatis venenum longè lateque diffuderat. Hic postquā sanctum Dionysium, qui tum Mediolanensis ecclesie gubernacula tenebat, fraude ac scelere suo in exiliū exturbasset, nefario ausu in Christi ouile sequus ac sanguinarius lupus irrupit: nihil prius habens, quā vt innoxium gregem Christi, rabido ore discerperet. Is est Auxentius, cuius maleficio D. Martinus postea Turonensis archi-  
præ-

*Eximia illi  
facundia &  
in rebus agē-  
dis dexteri-  
tas.*

*Duos fuisse  
Auxentios  
confirmat  
Baron. in  
Notat. eōtra  
errorē quo-  
rundam.*

præful, Mediolano non sine acerbissimis iniurijs fuit eiectus. Hac igitur peste extincta, in comiciali cōtentione populus, ( penes quem tunc ius erat deligendi antistitis ) in duas partes dissectus, in diuersam sententiam rapiebatur; cum ij qui Ariano dogmate imbuti erant, quempiam à sua factione, contra catholici episcopum Orthodoxum habere vellent. Porro cum hic summa vtrinque cōtentione diu tumultumque tumultuatum esset, & res iam ad manifestam periculosamque spectaret seditionem, ac ciuitatis perniciem, Probus præfectus rei periculo permotus, Ambrosium, cuius efficacem linguæ facundiam, animumque magno rerum vsu & exactæ prudētix prædijs instructum sciebat, eò mittit; turbulentos comitorum fluctus, & excitatum intestinæ seditionis incendium virtute atque auctoritate repressurum.

*Mittitur  
Ambrosius  
ad sedandos  
tumultus.*

Is dum pro delegato munere templū ingressus singulari facundia suadet concordiam, subito cuncta populi modò dissidentis studia in vnum conuersa sunt: iamque iunctis vocibus suffragijsque concordibus Ambrosium episcopum flagitāt. Multa causatur ille, se prophanæ functionis hominem esse; sacrarum rerū imperitum; nondū sacro lauacro renatum: quū Paulus veter etiā neophytum ad ecclesiæ gubernacula admoueri. Sed hic frustra facundus erat. Quo vehementius ille detrectat, hoc magis accendūtur populi studia. Quid multis? Missa est velox relatio ad Imperat. Imperator verò p̄cipiēs diuinit̄ geri negociū, populi cōstantē approbat volūtate sūmō gaudio accipiēs, Iudicō

*Repentē tam  
Ariani quā  
Catholici  
Ambrosium  
eligunt episcopum.*

*1. Timot. 3.*

*Vide quid  
non faciat  
santus Vir,  
vt episcopa-  
tam euadat.*

à se directum ad sacerdotiū peti. Proinde im-  
perat, vt quæ statuerāt, perficere maturarent. Ipse tamen nihilo segnius omnem quærens euadendi modum, fertur tunc tribunal sibi parasse, & contrā consuetudinē suam reos quosdam quæstionibus & supplicijs subdidisse. Sed cum nec ijs rebus quidquā proficeret, domū reuerfus philosophiam profiteri voluit. Populo verò acrius obsistēte, publicas mulieres domum suam aduocare non dubitauit, vt vel eo spectaculo à sententia discederent. Cumq; nec ijs adinventionibus populi mentem inuertere posset, quærit latebras; quærit patronos; quærit procrastinationem: sed frustrā id à se reijcere conatur, ad quod olim diuina prouidentia electus erat. Igitur cum nusquam videret elabēdi viam; nusquam esse neque fugæ neque cōsilijs suis locum; multisq; iam iam argumētis Domini erga se intelligeret voluntatem; populi tandem precibus cessit. Et quia nondum sacra vnda in Christo regeneratus, in catechumenorum ordine constitutus erat, à nullo nisi à Catholico episcopo expiari voluit; iam tūc Arianorum perfidiam suspectam atque exosam habens; & haud aliter tunc ipsis affectus, quā olim inuictissimus Sampson Philistæis erat; quorum ipse perniciem atque excidium primis ab annis meditabatur.

*Adhuc cate-  
chumenus e-  
ligitur epi-  
scopus.*

*Iudic 13. &  
14.*

*Baptizatur  
S. Ambrosi⁹.*

*Hæc est sen-  
tentia D.  
Hieron. quā*

Igitur reiectis veteris hominis exuijs, cum iam in verba Christi iurasset, in summum illū dignitatis locum euectus fuit, anno post Christi natum trecentesimo septuagesimo quarto: v. l. Idus Decembris: Gratiano & Equitio Conf. Imperij Valētiniani Senioris vndecimo.

Quo

Quo tempore, licet inculpatam honestamque ac omni ciuili virtute perpolitam haecenus duxisset vitam, alium tamen animum, aliam viuendi rationem, qualem tunc ea functio flagitabat, assumpsit. Summa vitae puritas, summa grauitas cum admirabili modestia coniuncta in eo relucebat. Laborum verò patientia, & orandi legendique frequentia tanta fuit, vt miraculum sit, hominem à tribunalibus ac rerum forensium strepitu ad ecclesiasticum munus abreptum, illa statim in docendo potuisse praestare, quae ipsum tunc effecisse miramur. Tameſi enim humanioribus literis & singulari quadam dicendi scribendique arte probe esset excultus, diuinarum tamen literarum scientiam nondum attigerat; quae illi tunc imprimis necessaria erat. Quapropter summo tunc studio Graecorum commentaria, maxime verò Origenis, cui tunc eruditionis primas dabant, euoluit: quorum subsidio fretus, multa de scripturis & publicè disseruit & priuatim conscripsit. Paucis verò ab inito episcopatu excursis diebus dum ipse & Valentianus Augustus de rebus imperij, de belli pacisque negocijs, deque Ecclesiae statu amicè ac familiariter inter se tractant, opportunitatem hic nactus Ambrosius, grauissima ac liberri- ma oratione de immodica principum potentia ac libertate conqueritur: qui multa praeter aequitatem, plurima pro suo affectu agerent; quibus subiectum populum opprimerent verius, quam iuuarent. Caesar autem tantum abest vt ea episcopi libertate offensus fuerit, vt etiam laudata eius fiducia, diceret: Noueram

Xx § prius

*Doffis. Ba-  
ron. cum in  
Not. tum in  
Annal Tom.  
4. confirmat.  
Costerius e-  
nim ponit  
annum 377.  
alij quidam  
369.*

*Voluit dili-  
genter Or-  
iginem.*

*Acriter ve-  
prehendit  
Caesarem.*

*En veri  
Christiani  
Principis in  
Antistitem  
reuerentia.*

prius hanc tuam Ambrosii libertatem. Ma-  
gister virtute, age quod tui muneris est, cura ut  
res Christiana consistat incolumis, ut veteris  
religionis disciplina incorrupta perseveret.  
doce quæ amare, doce quæ fugere debeamus.  
Habet animas nostros fide. tuæ cōcreditas: his  
consule; his Christianæ medicinæ appone præ-  
fidia; ut cuiusque morbus atque ægritudo expul-  
sit. Talis tunc erat recentis adhuc sacerdotis  
apud potentissimum orbis monarcham aucto-  
ritas; talis libertas; talis etiam gratia: ut quod  
plerique toto vitæ suæ tempore multis ac pro-  
fusissimis largitionibus impetrare nequeunt,  
id Ambrosius solius vitæ merito sit cōsecutus.

*Ariani val-  
de sunt illi  
infecti.*

Postquam verò domum Domini repurga-  
re, & pestiferas Ariani seminis radices reuel-  
lere cœpit, Ariana factio totis viribus omni-  
que armorum genere in Christi sacerdotem  
impetum facit; omnia agens, omnia tentans,  
ut lacerata ac conuulsa eius dignitate, pōtifi-  
catu deiectum in exilium pellerent. Ferocio-  
res erant, quod Iustinianam Valentiniani se-  
nioris Imperatoris uxorem huius nefandi sui  
erroris propugnatricem haberent; quæ cum  
vivo adhuc marito, quem Ariana perfidia se-  
uerissimum vindicem sciebat, virus hoc, mul-  
to iam tēpore suis confouisset inclusum visce-  
ribus, eo demortuo secunda euomit: multa in-  
terim & clām & palam faciens, quibus illum  
inexpugnabilem Ecclesiæ murum Ambrosium  
deijcere, atque euerere tentabat. Fremebat, &  
muliebri impotentia acta, funesto ac diro ani-  
mo certum viro sancto exitiū apparabat. Cū-  
que ille Isebelis istius, tanquā Helias, maliciā  
nihil

*Iustina Im-  
peratrix mo-  
dis omnibus*



nihili faceret; illa tanquã peracerbam contumeliã ab ipso perpessa, Valentinianum filium atrocissimis criminationibus in episcopi odiũ impellit. Qui vlciscendæ matris studio ad eò concitatus fuit, vt statim militarem manum ad ecclesiam miserit, matris iniuriam grauius atque acerbius vindicare volens. Miles effra-ctis templi foribus cum Christi sacerdotẽ ad Cæsarẽ pertrahere vellet, populi accurrentis atque obsistentis audacia est impeditus: quod sanè Reginæ imperium tulit permolestè. Magnis tamen & splendidis promissis quorundam animos expugnatos ad hæc audèda Regina incitauit. Sed dum ista molitur, mors Gratiani principis fraude ac scelere Andrathij nunciata, Iustinæ impetum ac furorem repressit: quæ alioqui conquietura non videbatur, nisi Ambrosio è medio sublato.

*episcopatu  
eum exuere  
conatur.*

Venerat id temporis è Syria partibus Mediolanum alius quidam Auxentius, homo crudeli prorsus ingenio, qui non minus ferro quam lingua passim defæuaret, impuro scelestoque ore multa profundens, quibus Christianæ fidei purissimam veritatem labefactare ac subuertere contendebat. Is vt commodius noceret, quum sciret illius Auxentij, qui apud Insubres graues motus excitãrat, nomen esse odiosum, e mentito vocabulo Mercurinum se appellabat. Hic ergo pessimis artibus in aulã Cæsaris irrepens, tempusque nouandis ac turbandis rebus opportunũ cõspicatus, ob impotentissimum Regine in pontificem odium, sursum ac deorsum omnia miscet: vt aut fraude aut potentia Arjani dogmatis impugnatores oppri-

*Hic est alius  
Auxentius  
ab eo qui  
diu Medio-  
lani Ariano-  
rum episco-  
pus fuerat  
teste Baron.  
in Notat.*

*Appellat se  
Mercurinũ.*

opprimerentur. Denique cum videret Ambrosium vigilantissimo studio suam oppugnare sententiam, detestari mores, sœuitiam insectari: eius auctoritatem totis viribus apud principem conuellere contendebat: egitque apud eum, vt cum Ambrosio, non quidem in ecclesia (vt fieri solet) sed in principis aula de rebus fidei certamen iniret. Hoc têtare audebat homo versutus ac vafer: non quod doctissimum & eloquentissimum virum superare se possesperaret, sed quod huius certaminis eos arbitros delegisset, qui vt in suam sententiam erât perpenfi, ita pontificis libertatem auctoritatemque ferre nequibant. Vocatus itaque per Dalmatium pratorianæ cohortis præfectum Ambrosius, venire renuit: dicens in causa fidei eos iudicare debere, qui nec munere imperes essent, nec iure dissimiles: hoc est, de sacerdotibus sacerdotes.

*Sacerdotes à laicis iudicari non debent.*

Auxentius igitur cum se nihil hîc fecisse videbat, diro scelestoque consilio nouas rursus insidias episcopo parat. Duæ erant Mediolani basilicæ, altera in vrbe, quæ Portiana dicebatur, altera haud ita procul extra muros sita. Vtramque Catholici tenebant. Auxentius iniquum esse apud Cæsarem querebatur, duo simul templa ab Ambrosianis occupari: interim verò neque se, neque ipsum Cæsarem habere orandi locum. Facile principis animus superiore pontificis libertate exasperatus, maximè accedentibus persuasionibus, matris, quæ episcopi odio nihil non tentatum volebat, eò est impulsus, vt Ambrosio mandaret vel basilicam tradere vel in exilium ire. Verum fieri non

*En quanta virtute Constantia Imperatori iniqua imperanti resistat.*

poterat, vt apud constantem virum plus præponderaret pænæ formido, quam amor Christi. Vndè Augusto intrepidè respondens, Quid quærit, inquit, Imperator, quid expectat? An vt ego maiorû hæreditatem regiæ cedam potestati? vt dilectâ Domini vineâ porcorû sordib<sup>9</sup> conspurcandâ tradâ? Nô est Ambrosius tã stultus, vt hoc putet; tã timidus, vt velit; tã potens vt possit. Hæreditas maiorû fides est; hæreditas maiorû templum est Christi; sed propitius, inquit, mihi sit Dominus, ne hæreditatem patrû meorum Cæsari tradam. Quid quærit Imperator, quid ambit Auxentius? Quid cruento ore ac sanguinolentis manibus basilicam quærit? Non tradam. Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? non recuso. Principis furorem nō timeo. Facio ego quod Sacerdotis est: quod Imperatoris est, faciat Imperator.

Hac episcopi libertate ad maiorem adactus infaniam Cæsar, missis aliquot militum centurijs, imperat vt abreptum è templo statim ad se perducant. Obseperant illi Portianam basilicam, & tanquam rabidi canes discursantes aditus latebraique omnes explorant: verum Dei iudicio cæcitate perusti, etiam quod apertum erat videre nequibant. Quo tumultu, tantum abest vt inuictum Ambrosij pectus vllò instantis periculi metu consternatum fuerit, vt etiam in tanto aduersariorum fremitu & furore, diuinos hymnos piam plebem quæ cū amantissimo pastore mori paratâ in templo excubabat, edocuerit: nimirum modulatione ac luauitate diuini carminis luctuosi carminis acerbiter temperare ac mitigare volens.

Quo

*En vt Deus  
protegit  
suos.*

*Diuinitus  
SS. Geruasij  
& Protasij  
corpora ei  
ostenduntur.  
Clarent mi-  
raculis.*

Quo tempore & in eodem loco caelesti oraculo commonitus, sanctissimorum Martyrū Geruasij & Protasij corpora reperit; quæ longa temporis vetustate neglecta iacebāt. Multa & præclara miracula tunc per sanctorum martyrum merita edita sunt: quibus & Catholica plebs admodum in fide confirmata, & aduersariorū contumacia grauius repressa fuit.

*En mutatio-  
nem Dexte-  
ræ excelsi.*

Istarum verò rerum inusitata & admiranda magnitudo effecit, vt & Iustinæ Imperatricis funesta & perniciofa consilia, & militum rabies conquiesceret. Nam qui pro templi foribus excubabant, rerum nouitate & maiestate percussi, abiectis armis positaque nocendi voluntate, templum orandi causa ingressi sunt; vt iā haberet episcopus defensores, quos hostes putabat: iam essent socij qui aduersarij fuerant. Verū Arianorum deplorata infamia nullis interim remedijs ad sanitatem reduci potuit. Quæ enim pijs præbebant gloriæ & laetitiae causam, ea impijs & factiosis hominibus erant incitamentum furoris; & quæ diuina virtute gerebantur, ea ipsi quorundam incantamentis, ea dæmonum præstigijs, ea Ambrosij furo ac fraudi tribuebant; hæc apud Cæsarem, hæc apud Reginam, hæc apud factiosos homines clamitabant. Per idem tempus accerrimus quidam Arianæ perfidiæ propugnator, qui nullis rationibus vel argumentorum vi ad sanam doctrinam conuerti poterat, disserente ad populum in Ecclesia Ambrosio, angelum ad aures episcopi loquentem vidit: quo spectaculo repente conuersus, fidem quam expugnauerat, deinceps defendit.

*Angelus lo-  
quitur in au-  
res Ambro-  
sij.*

Interea

Interea Gratiano prodicione & infidijs Maximi interempto, recipiendi corporis eius causa, Ambrosius secundam ad Maximum legationem suscepit. Apud quem cum admiranda quadam constantia ageret, tum etiam à còmunì consortio segregauit; admonens ut effusi sanguinis domini sui, & (quod grauius est) innocenti ageret poenitentiam. Extincto autem Maximo, cum Theodosius Mediòlani, Ambrosius verò Aquileiæ ageret, quidam Christiani, zelo religionis ac fidei incensi, in partibus Orientis in quodam castello synagogam Iudæorum & lucum Valentinianorum incendio còcremârunt: propterea quod Iudæi vel Valentiniani Christianis monachis insultarent. Quod factum Comes Orientis cum ad Imperatorem retulisset, & ille mandaret ut loci episcopus synagogam restauraret, Ambrosius re intellecta, continuò ad Imperatorem literas dedit, ut iniquam contrà Ecclesiam Dei sententiam reuocaret. Reuersus verò Mediolanum præsentem in ecclesia Imperatore, latius de eadem causa perorauit; ac tandè obtinuit ut quæ statuta fuerant reuocarètur. Neq; enim ad altare accedere vel diuina peragere mysteria voluit, nisi fide sua Imperator illum agere debere testaretur. Verù post Valentiniani necè, cù Eugenius occupato imperio, Victoriæ arâ & sacrilegos ceremoniarum sumptus, fidei suæ oblitus, Gentilibus instaurari iussisset, ac paulò post Mediolanù veniret, Ambrosius sacrilegi tyranni denitans conspectum, relicta vrbe Bononiam concessit.

Cæterum Theodosius, Eugenio prostrato,  
totius

*Excommunicat Maximum S. Ambrosius vide Baron. quomodo hæc excommunicatio sit intelligenda.*

*Annal. Tom. 4 fol. 472. Valentiniani heretici. 30 Deos colunt.*

*Defendit egrègiè libertatem Ecclesiæ.*

totius Orientis ac Occidentis potitus imperio, sanctum Christi sacerdotem Ambrosium unico amplectebatur ac venerabatur affectu, atque in eius admirabili virtute summum præsidium collocabat: quod huius diuina ope potentissimorum hostium fregisset potentiam, atque perpetuo victoriarum cursu usum esse sciret. Quidam verò accidit, per quod & episcopi infracta inuictaque auctoritas, & Imperatoris incomparabilis modestia ostenderetur. Nulla enim ex victoria armis parta plus laudis tulit Theodosius, quam quod ab Ambrosio se vinci passus est. Babylæ parum feliciter cessit, quod imperatorem impia cæde funestatum templo prohibuit; imò foelicitate cessit, ipsi, qui præsulis auctoritatem sua morte confirmauit. At Ambrosio cessit foelicitas, qui summa constantia suam tenens auctoritatem, ipsum etiam Cæsarem Christo lucrifecit, ac pulcherrimum exemplum omnibus monarchis edidit, quanta sit episcoporum dignitas, si modò verè sint quod audiunt. Quoque magis liqueat quod dicimus, primum rem, deinde personas expendamus.

Thessalonica quidam è Comitatu Cæsariæ per populi tumultum fuerat interfectus. Cæsar ira dissimulata plebem ad ludos Circensium euocat. Ibi repente circumfusa militibus intermi multitudine, promiscuè sæuitum est innoxios iuxta & innoxios; pœnaque non meritis est data sed furori: tantaque sæuitia atque rabie milites in plebem, nulla habita neque gratiæ neque innocentia ratione, grassati sunt, ut Theodoretus septem hominum millia in ea

*Hæc Erasmi Rotterod.*

*Nota episcoporum dignitatem.*

*Septem hominum millia Thessalonica occisa.*

inactia-

mastratione occubuisse dicat. Elapsis indè ali-  
 quot diebus cum Imperator ab Eugenij tyran-  
 ni cede reuersus Mediolanum venisset, more  
 solito templum ingredi volenti Ambrosius  
 constanter se opponens Quid, inquit, tentas  
 Cæsar, quid moliris? Tunc Domini templum  
 post tam crudalem innocentium hominũ stra-  
 gem intrare audeas? Qua fronte manus ad Do-  
 mini aram protendes, qua adhuc infantium  
 sanguine stillant? Noli Cæsar, noli priorem  
 iniquitatem hac temeritate augere; noli hoc  
 tuum tam graue vulnus noua plaga exaspera-  
 re. Exhorresco hoc tam immane facinus Cæ-  
 sar, exhorresco scruitiam, & hunc tuum gladiũ  
 multorum tam iniqua morte cruentum vide-  
 re non possum. Et hæc tu non vides? pro his  
 non doles? non ingemiscis? Clamat tibi dico,  
 Cæsar, horum sanguis de terra clamat inno-  
 centia; clamat æquitas; & mihi crede non erit  
 hic surdus; non cõpuebit; nõ dissimulabit; qui  
 innocentium causam defendere ac vindicare  
 solet. Cæsar quum neque sacerdotis libertatẽ,  
 neque vim doloris, quem ipsi sua oratione in-  
 cusserrat, ferre possset, cum gemitu ac lachry-  
 mis in palatium se recepit, vbi toros 6. menses  
 morori intabescens, nullum solatium recipe-  
 re neque voluit, neque potuit: adeò durũ hoc  
 vinculum, quo sacerdos ipsum ligauerat, ho-  
 minem torserit. O incomparabilẽ pontificis di-  
 gnitatem; o Imperatoris pietatẽ insignem. Ve-  
 nerant Natalitiæ feriæ Christi Saluatoris. Cæ-  
 sar Rufinũ aulæ præfectũ ad Ambrosiũ mit-  
 tit, obsecrãs vt ipsi anathematis vinculum sol-  
 uat, liceatque interesse rebus diuinis. Quum

*Nota quanta  
 virtute in  
 peratore ab  
 e. de jure  
 p. l. et S. Amb.  
 brosius.*

*En quanti-  
 tantus Imp.  
 faciat epis-  
 copi aucto-  
 ritatem.*

*Quum illa  
 etiam da  
 etiam*

Yy is nihil



*Vide episcopi auctoritatem.*  
*Vide Imperatoris humilitatem.*

is nihil egisset, Caesar acerbitatē doloris sui nobis ferens, ipse Ambrosium adit; non quidem templum ingressus, ne rursus repelleretur, sed in vestibulo consistens; ubi tum fortē episcopus confidebat. Gemit hic, plorat; obsecrat; ut nexu illi dissoluat. Quid, inquit ille, agis Caesar? quid postulas? Num tam immani sceleri tuo dignam poenitentiam ostendisti? Tuum est, ait ille, remedium dare, meum accipere. Impera quid fieri velis; non obstitam; non reluctabor; non querar de acerbitate remedij; id vni specto, hoc solū ambio, ut cū Deo meo in gratiam redire possim. Post longū igitur mœrorē, post multorū contēptas preces, cessit tandē Præsul Caesaris lachrymis: verū non prius anathematē absoluit, quā in locū poenitentibus destinatū is sese cōferret; ubi posito diademate, abiecta purpura, humi prostratus, vberimo lachrymarum imbri effuso, Dei misericordiam efflagitabat. Voluit præterea Ambrosius legē ab eo condi, ut si qui ob maleficium per Caesaris edictum iuberentur occidi, id non nisi post trigesimum diem fieret: ut interea temporis maturo sedatoque animo ac rebus omnibus rationis libra perpensis, aut parcendum esse videretur, aut vindicandum.

*Alienus est ab omni avaritia.*

Hæc erat sanctissimi Præsulis constantia, hæc auctoritas; quam illi cum primis conciliabat insignis vitæ sanctimonia, & pectus nulla avaritiæ labe imbutum: quæ alioqui magnos interdum viros corrumpere, retundereque virtutis aciem solet, & facere, ut nulla habita neque dignitatis suæ, neque honestatis ratione, in foedam ac dedecorosam assentationem sese pro-



prosternant. Verum is ab hac peste aded liber fuit, vt postquam omnibus in pios vsus distra- ctis, nihil iam domi haberet, quod aut in sub- sidium pauperum, aut in redemptionem cap- tiuorum conferre posset, templi vasa in eos vsus confregerit. Durissimas atque acerbissi- mas aduerlariorum impressiones frequenter sensit: quas non armorum strepitu, ac bellico certamine, sed pietate & constantissima in Deum fide euicit. Arma illi erant assidua pre- ces; arma illi erant ieiunia; lachrymæ atque suspiria: quorum præsidio & principum furo- rem, & ferociam militum, & hæreticorum in- fidias maliciamque contempsit. Quibus rebus tantâ consecutus est famâ ac gloriam, vt nō solâ in Insubria, Aethruria, tota denique Italia primus, sed apud exterâs & barbarâs nationes summus etiam ac venerandus haberetur. Ar- gumêto huic rei sunt virgines complures: quæ ex Mauricia & remotissimis mundi partibus Mediolanum venêre: vt abdicatis mundi istius pompis ac voluptatibus, à sanctissimo viro sac- tro velamine ornarentur: & Christi amore in- tra pudicitia septa nemine cogente, conclu- derentur.

Efficacissimâ eius oris facundiam per sensit Aurelius Augustinus: qui dum ipsius docendi modum, dum amœnitatem dictionis mira- tur, sensit animo infigi aculeos, sensit se rapi atque impelli quo ferè nolebat: deniq; sic ho- minem traxit, sic vellicauit, sic reuinxit, vt in- ciperet amare quod prius odisset: odisse, quod ante amasset. Hæc Ambrosij lingua exculsit illi Manichæum; exculsit illi mundi amorem;

Xy 2 quia

*Summa eius  
benignitas ut  
pauperes.*

*Ieiunia  
preces sunt  
arma eius.*

*Augustinus  
conciomus  
D. Ambrosij  
conuermus  
cuius vita  
habetur 296  
Augusti.*

*Vide quanti  
fecerit eum  
S. Augusti-  
nus.*

quibus ceu duobus capistris miser ad omnia  
miseriam trahebatur. Hinc ipse eum salu-  
sua prædicabat auctorem, patris venerabatur  
ac colebat affectu: hinc denique tam frequens  
& honorifica in scriptis suis Ambrosij mentio  
cuius pectus sanctum Dei oraculum; cuius  
os Spiritus sancti fistulam; fontemque salu-  
tis aquæ in vitam æternam; cuius denique elo-  
quia ministrare ad ipem frumenti diuini, & le-  
ritiam olei, & sobriam vini ebrietatem popu-  
lo Dei scribit. Hæc ergo erant viri sanctissimi  
merita: hæc fama, hæc opud omnes gratia:  
nemo esset qui hunc non amaret, non suscipe-  
ret, non unice amplecteretur. Itaque cum Do-  
minus famulum suum ex turbulentiſſimis mû-  
huius rebus, quæ tunc Italiam vehemētius ex-  
agitabant, ad se vocare volebat, febre primum  
correptus fuit. Dum verò lectulo decuberet,  
nobilibus viris & amicis ad eum venientibus  
& persuadere volētibus, vt diuturniorē sibi vi-  
ta a Domino impetraret, præclarissimā illam  
& apostolico viro dignam sententiā dixit: Nō  
ita in:er vos vixi, vt vixisse me pudeat: nec mo-  
ri timeo quia bonū Dorsū habemus. Sicque  
denum longa ac lenta infirmitate consump-  
tus, integerrimis sensibus accepto viatico Do-  
minici Corporis è vita excessit, 4. die mēsis A-  
prilis summo cum omniū luctu; qui sanctissi-  
mum ac vigilantissimū animarum medicū, pa-  
rentem omniū longē amantissimum & publi-  
cæ libertatis patronū ac cōseruatorem extin-  
ctum esse clamabant: adeo vt Stilico Comes,  
homo alias non ita æquus per Ambrosij mortē  
Italix ruinam imminere diceret: quod hūc suū  
vir.

*Felicissimū  
obitū eum.*

virtute tanquam firmissimam ac constantissimā basim imperiū sustinere crederet. Ceterū plura eius scripta desiderantur; nonnulla verò ab eo alienissima, eius tamen titulo cūsa leguntur: Complures nimirum sermones S. Maximi Episcopi Taurinensis, sicut & alia quædā aliorum: ut S. Prosperi & aliorum; vicinam & non Pelagij etiam Epistola ad Demetriadem scripta. Porro sicut prius in vita, sic & eximij post obitum signis, sanctum suū Deus glorificavit.

*Ambrosij  
plura scripta  
desiderata.*

DE CONCEPTIONE GLORIOSAE

virginis Mariae: ex Reuerendo Patre Petro Canisio, Societatis Iesu Theologo. a Ea quidem festiuitas in Anglia primū anno Domini 1070. agi capta est: occasione cuiusdam reuelationis, \* Elino Anglo Abbati, maris tempestate periclitanti exhibitæ, & subsequenti miraculi testimonio probatæ. Postcā verò eandem celebritatem recepit ecclesia Lugdunensis; & postremò accessit Romanæ Ecclesiæ assensus atq; decretum: nouissimeq; SS. Concilium Tridentinum, ac Pius V. Rom. Pontifex eam seruandam esse firmarunt.

*a Teste C.  
Baron. in  
Not. Vbi  
plura videre  
licet.  
\* al. Elpino.*

QUANQVAM de intemerata Gloriosa Virginis Conceptione nullum Ecclesiæ Romanæ iudiciū certū reperimus, nisi quod Sixtus quartus Pōtifex lege latā definiuit; neutrius partis damnandam esse sententiā, siue Mariam siue peccato conceptam affirmantium, siue contra illam in originis peccato conceptam affirmantium, eandemq; legem rece-

8. Decem.

perit & confirmauerit postrema Synodus Tridenti celebrata : tamen puram eius fuisse conceptionem & ab omni peccati contagione alienam verisimilius est : praesertim cum rerum omnium Conditor Deus summam facultatem habuerit , Matrem quam vellet , ex omnibus deligendi , ornandi , sanctificandi. Nec dubium est , quin eam potissimum ad hoc tantum munus adsciscere voluerit , quae sibi gratissima , nec non puritate & innocentia foret simillima. Quid enim? An non Dei iudicio indecorum & ipsi Christo quodammodo ignominiosum esset , si tanti filij Matrem actionis vitio pollui fateremur? Sed quanto maiorem & Christo & Matri constabit ignominiam , si Originale piaculum , quod hominem Deo inimicum efficit , in Mariam deriuemus? quum hoc peccatum quodammodo praeponderet actuali : longeque sit existimandum grauius siue infectionis , siue turpitudinis , siue magnitudinis ratio habeatur? Deinde si Christi consulamus honori , quid minus congruum obsecro , quam talem illi assignare parentem , quae peccati serua , Dei inimica , maledicto obnoxia , ipsiq; daemoni aliquando subiecta fuisse credatur? Ad haec , si nec venialiter quidem delinquere decebat Mariam ; ne vllam cum Belial conuentionem vel societatem habere videretur illa , quae Christo semper debuit esse coniunctissima ; quanto minus illam decuit foedissima Originis macula conspurcari? ne summa illius cum Christo affinitas , perfecta quae coniunctio , hoc infami crimine , per quod Adae filij omnes diabolo coniunguntur , vel labefactaretur , vel

*Verisimile est Virginem Mariam sine originali peccato conceptam.*

*Argumenta quibus pura Mariae conceptio adstruitur.*

offuscaretur? Postremò si aeternæ Sapientiæ & Sancto sanctorum non nisi purum sanctumque domiciliũ instruendum fuerit & accommodandũ: certè huc maximè pertinet, si corpus non solum è veniali, sed etiam ab Originali peccato purum & incorruptum Matri Redemptoris attribuamus: vt habitat nempè Christus, aptamque sibi Sedem æterna Sapientiã vendicet in vtero non expurgato, sed semper immaculato: quem nulla vnquam veteris fermenti labes vel modicè asperserit atque vitiãrit. Hoc nisi Mariæ donemus, ac de illa nobis persuadeamus, non video sanè, quàm rectè perfecteque dicat illi sponsus ille cælestis, quod *Thom. Cantico. 4o* dicitur: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Quomodò enim in oculis Dei hæc verba loquentis tota pulchra & immaculata censeatur, quæ tam enormis peccati velut cœno oblita & defædãta, suum primæuiam debitumque nitore amisit, & quasi sub nequissimi serpentis pedibus deuicta iacuit atque prostrata?

Atqui nõ decet, inquiunt, Mariæ Cõceptione Christi Cõceptioni exæquari; qui solus absque peccato Cõceptus, in hunc debuit prodire mundũ: vt ex immundo Conceptos semine purificaret. Absit procul, vt cũ Christi aliqua iniuria de Mariæ Cõceptione philosophemur: & tanti filij gloriam propter Matrem, dicam & ancillam, obscuremus. Vni Christo hæc incomparabilem & perpetuam vindicamus prerogatiuã, quòd non ex Virili semine, sed supra omnem naturę ordinem Spiritũs sancti virtutẽ in Virginis vtero Conceptus fuerit: quod

Yy 4 eodem

*Christi Con-  
ceptio mul-  
tis modi ex-  
cellit Mariæ  
Conceptionē.*

*2. Cor. 5.  
Gal. 3.*

*Quo se su Deia  
pate Mariæ  
Conceptio  
probetur.*

*Ad Christi  
gloriam il-  
lustrandam  
facti opinio  
de Mariæ  
pura Con-  
ceptione.*

eodem planè momento, quo carnem Verbum  
æternum assumpsit, perfectus Deus & perfe-  
ctus Homo extiterit; quod omni ex parte per  
se purus, ac natura sanctus, nullo vel Media-  
toris vel Redemptoris beneficio indigeret;  
quod statim ab ipso Conceptu tantam charis-  
matum omnium abundantiam acceperit, nul-  
la ut eis facta fuerit accessio; utque iusti om-  
nes quidquid bonorum habent spiritualium,  
ab illo fonte mutuentur, & sine illo nihil om-  
nino possint Deo gratum efficere; quod demum  
tam eximia semper fuerit innocentia; ut nec  
peccatum fecerit, nec potuerit quidem pec-  
care: licet pro nobis peccatum, imò & male-  
dictum factus esse dicatur. Nihil autem horum  
omnium Virgini tribuunt, qui Conceptionem  
eius illibatam piè tuentur; quinimò  
apertè fatentur, quod eadem ex maris &  
foeminae coniunctione, & secundum legem  
naturæ procreata sit; peccato utriusque sub-  
icienda, ac inter iræ filias recensenda, nisi ex-  
imia & singulari quadam Christi filij ac Redep-  
toris beneficio præservata fuisset, quò minus  
natiui peccati sordibus inquinaretur. Nam ut  
utrumque beneficium ad Christum pertinet Red-  
emptorè; & culpam commissam lapsis cõdona-  
re, & Mariam in perpetua innocentia, ne labe-  
retur, cõservare. Certè qui alterius ope, ne ho-  
stis mancipium fiat maturè liberatur, redimi-  
quidè & ille dicitur; suoq; Redemptori hand  
minus debet; quàm si captivus ex ipsis vinculis  
erueretur. Non ergò Christi gloria imminuit,  
sed singularem eius bonitatè atq; sapientiam  
magis magisque commèdat; quòd ut sape alias,  
sic

fic etiam in Conceptione, Matris rationem filius maximam habuit: sanctamque semper radicem & arborem, ex qua fructus ipse sanctior prodiret, peculiari studio sibi pręparavit.

**PRÆCLARVM MARTT-RIVM S. EV-**  
*lalia Virginis: Ex actis Vetustissimis: quibus consentiunt quę hymno pulcherrimo cecinit Prudentius. a Passa est anno Christi 303. Marcelli Papa 7. Dioclet & Maxim. Imp. 20. Est & a lialia Eulalia martyr: Barcinone Passa iisdem persecutionis temporibus: sub vno eodemq; Præsidente Datiano: de qua Baron. in Notat. ad Mart. Rom. pridie Idus Februarij.*

*a Tesse C. Baron. Tom. 2. Annal. vi. de & Notat. in Martyr. Rom.*

**E**MERITA provinciæ Lusitaniæ Metro-  
 polis nobilissima, nulla re magis quam  
 nobili sanctissimæ virginis Eulaliæ ago-  
 ne illustrata inuenitur. Hęc, eadem tempesta-  
 te, quę beatus Vincentius Christi ecclesiam ad-  
 mirando certamine illustravit, puella annorū  
 non ampliū duodecim ad similem martyrij  
 gloriā incredibili ardore atque alacritate per-  
 rexit: Cū enim rumore percubisset Dacia-  
 num Hispaniæ præsidem ab Imperatoribus de-  
 stinatum, vt Christianam religionem penitus  
 exterminaret, multosque Christi athletas fide  
 & pietate robustissimos horrendis supplicijs  
 excarnificaret, hęc virgo nobilis & diuitijs in-  
 clyta, spretis vitæ huius oblectamentis, sponte  
 ad Præsidem contendere, eumque tyrannidis  
 arguere decreuit. At vero parentes eius de filię  
 suæ dignitate & vitæ corporali vehemēter so-  
 liciti, eam domi, quam ruri præcū ab vrbe

*9. Decem.  
 Eulalia 12.  
 annorū puel-  
 la ad marty-  
 rium pergit.  
 S. Vincentij  
 vita extat  
 22. Ianuarij.  
 Tom. 1.*

*Detinetur a  
 parentibus  
 ne pergat ad  
 martyrium.*

Yy s habe-

habebant, inuitam cōdiderunt: nè in apertum se periculum conijceret, & crudeli morte perpetuum parentibus atque cognatis luctum relinqueret.

*E'iam tendit ad certamē.*

*Vide admirabilem in tenera virgine fidei ardorem.*

*Horrendis cruciatibus eam terrene conatur Dacianus.*

*Vide quomodo ei blādiatur.*

Itaque domi aliquam diu summo parentum studio & diligentia detenta, cum Christi amore estuaret incredibili, nocte quadam, reseratis clāculum foribus, per inuia sentibus & vepibus plena, ad urbem, angelico comitata praesidio, contendit: & primo diluculo tribunal intrepidè adiens exclamauit: Quis furor aut metis infania vos, ò ciues, exagitat, ut mutis & nullo sensu praeditis simulachris honores, supplici corpore, deferatis? Dij omnes deique nihil sunt: sed & ipse Maximianus nihil: qui vos vnà secum in aeternae perditionis barathrum trahere, & sanctorum sanguine inebriari gaudet. Talibus Praeses in furias excitatus, virginē eximia pulchritudine, & generis dignitate clarissimam comprehendi, & suppliciorum atrocitate ab huiusmodi confessione abduci iubet. Praesto ilicò fuere carnifices: qui ferreis armati furcis mortem & atrocissima quaeque intabant. Sed & ipse Dacianus Praeses demonum fraudibus pariter instructus adfuit: qui humilemodi blanditijs incēsum amore diuino virginis animum ad relicta spretaque mundi oblectamēta reuocare conabatur. Quid, inquit, ò puellarum formosissima amplissimis dotibus & thalamo proxima, huius vitae gaudia fugas: quae tibi fert genialis honor? Accede, & sanctora tibi consulenti potius, quam miseris Christianicis mortem & cruciatu temerè suadentibus, obtempera. Ad ea nihil respondens delica-

ta virg.



ta virgo, sed spiritu fremens & in facie tyranni  
spura faciens, simulachra dissipauit. Quo ex-  
emplo ceteri Christianorū permoti intrepido  
fortiq; animo ad idola frangenda passim pro-  
silierunt: eaq; propter à Gentilibus ad suppli-  
cia abrepti, martyrio insignes è vita excessere.

Cæterum cum Eulalia prostratis idolis, im-  
positam insuper thuribus molam pede subi-  
geret, carnifices iussu Præsidis festinè aduolan-  
tes, latera virginis ungulis inuadunt: pectus  
dilacerant: carnes ad ipsa vsque ossa crudeliter  
discerpunt. Virgo verò nulla prorsus doloris  
vel gemitus significatione data, in tantis cru-  
ciatibus Christi nomen inuicta prædicabat, o-  
culosque in lacera membra interdum reflectēs  
seipsam purpureo decoratam sanguine, mag-  
nificè circumspiciebat: & magno exultans  
gaudio, vultu, oculis, & voce triumphum lo-  
quebatur. Quare Præses pudore pariter & fu-  
rore affectus, totam eam flammis exuri, lampa-  
dibusque ad latera admotis, grauius torqueri  
iussit. Tum illa vt ostenderet quàm ingenti fu-  
turæ vitæ desiderio teneretur, quamque pro ni-  
hilo cruciatus duceret, voraces flammæ crines  
& verticem pascentes patulo ore haurire visa  
est: & ecce emicans ex ore columba niue cadi-  
dior cæli astra velociter petijt, simulque virgo  
sacra glorioso triumpho mox occubuit. Lictor  
aut, viso tam stupendo miraculo, magno pau-  
ore, correptus fugam arripuit; & suam in virgi-  
nem sententiam perpetuo animi dolore & luctu  
damnauit. De mirandis admodum signis, quæ ad  
eius sepulchrū fieri consueuerunt, vide Greg.  
Turon. de glor. Mart. lib. 4. cap. 91.

*Statutum fuit  
postea in Cō-  
cilio Eliberi-  
no: Si quis i-  
dola fran-  
geret & ibi-  
dem occum-  
beret, nē in  
martyrū nu-  
merū recipe-  
retur: quia  
nec in Euan-  
gelio scriptū  
est, nec ab  
Apostolo f-  
ctum unquā  
inuenitur.*

*Quod enim  
Eulalia pri-  
uato quodam  
diuini Spiri-  
tus impulsu  
fecit, id ab  
omnibus im-  
portunè &  
temerè usur-  
pari non de-  
bere multis  
Hispania e-  
piscopis pla-  
cuit. Hec  
Baron Tō. 2.  
Annal. anno  
citato.  
Columba ex  
ore eius ap-  
paret & tra-  
ditū Spiritum;*

MARTY:

*al. Mene.* MARTYRIVM SS. MENNAE, HEB-  
mogenis & Euyraphi: Ex eo quod est apud C.  
Baron. Passi sunt anno Christi 307. Marcellini  
Pape 4. sub Maximino Imperat. Alius est hic  
Vide Tom. 3. Annal. C. Baron. Mennas ab eo de quo supra 3. Idus Nouemb.

10. Decēb.

**C**VM Diocletianus & Maximianus se-  
dem ab eis Romæ, Constantinus autem  
Gallijs, Maximinus verò Orienti Imperatores  
præfecti fuissent, ingens repente ab ipso Maxi-  
mino & sequa admodum tempestas in Christiani-  
nos excitata fuit. Quo tempore illustris sancti  
martyr Mennas ex Aegypti Præfecto Augusta-  
li, martyrium consecutus est. Hic patria Athe-  
niensis, Ordinis Senatorij, ob incredibilem  
quandam in rebus gerendis prudentiam atque  
solertiam, domi fortisque spectatus, Impera-  
tori intimus erat, & cum Christianum  
occultè ageret, nè id illi innotesceret, se-  
dulo studio procuravit. Accidit autem op-  
portunè sanè, vt cum causa Christianæ reli-  
gionis Alexandrini grauitè tumultuarentur,  
ad eos compescendos atque in officio conti-  
nendos, Augustali tunc Præfectura ab Impera-  
tore auctus Alexandriam mitteretur: qui mi-  
ra quadam, qua pollebat in maximis negotijs  
obeundis, dexteritate & aptitudine Alexan-  
drinorum animos composuit; sibi verò eos ob  
animi facilitatem, morumque præstantiam de-  
uinxit, indiesque magis magisque collatis offi-  
cij obligauit: vsq; adeò vt nonnullos ex illis  
ad Christianam fidem capeffendam induceret,  
edictisq; quibusdam miraculis, certioribus ijs,  
quæ

*Patria Men-  
ne & dig-  
nitas.*

*Ab Impera-  
tore alexan-  
driam mitti-  
tur ad com-  
pescendos  
simuliter.*

quæ olim à Vespasiano, vel Tyranõ ad conciliandos sibi Alexandrinorum animos fuissent exhibita, in quamplurimos Gentiles Christianitatem propagaret. Cum autem res eò perducta esset, ut iã in occulto ampliùs esse non posset, Maximinus literis Gentilium certior factus, ad vlciscendum facinus mittit Hermogenem Alexandriam, qui Mennæ succedat, in quem ut impium animaduertat. Erat Hermogenes & ipse Atheniensis; at licet Ethnicus, tamen, quæ secundùm optimos mores est, vitam instituerat. Hic cum venisset Alexandriam, Mennam nactum satellitio destitutũ (est enim consuetudo in AEGYPTO, ut cum proximè accedit nouus, qui ab Imperatore delectus est Augustalis Præfectus, ille prior confestim magistratum deponat) detrudi iussit in carcerem: eumque sequenti die pro tribunali sedens audiuit rationem reddentem Christianam à se susceptam religionis: non quidem temerè, sed maturè admodùm atque consultò; quippè qui antea post perscrutatas omnes Philosophorum Gentilium disciplinas, libros quoque Christianam religionis impensius legisset, & quæ in ijs essent, accuratiùs disquisisset: cum veritatis, quam in eis adinuenisset, præpotenti vi quadam permotus atque captus non nihil esset. Sic primò atque secundò auditus Mennas, etiam de Christiana fide à se suscepta paratam defensionem, Hermogenem in se acrius concitauit: qui primò (quod incomparabile tormenti genus habebatur) illius pedum plantas excoriari iussit; linguam præcidi: oculosque conuelli: sicque penè exanimem & extinctum reddi carceri.

Sed

*Miraculis  
clarer, et  
multos ad  
Christum con-  
uerit.*

*Hermogenes  
ab Impera-  
tore Alexan-  
driam mit-  
titur ut Men-  
nam suppli-  
cio subdat.*

*Detruditur  
in carcerem  
Mennas.*

*Horrendè  
cruciatur S.  
Mennas.*

*Penitet Her-  
mogenē tan-  
tā crudelita-  
tis.*

Sed prudentior factus, nimiae crudelitatis, quā in Mennam tantum virum præter morem exercuisset, seipsum redarguit; atque adeo, velichrymas angoris animi indices abundantius fuderit, & quem in carcere defunctum putabat, honesto funere manè sepelire decreverit. Sed præter spem accidit, ut cum de asportando è carcere corpore militibus mandasset, ei viuere atque pristinae naturae officijs esse diuinitus restitutum audierit, testesque milites de carceris fulgore corusco numinisque presentia firmiter affirmantes, & fidem Christianam palam profitentes, atque in alios hæc admiranda adeo diffamantes expulit; reque alius contemplatus, Christi coepit mirari potentiam eiusque diuinitatis, docente Menna, originem accuratius perscutari: diuineque illi gratie lumine affulgente de fide suscipienda consilium iniit; quod & baptismate sacro suscepto perfecit.

*Menna di-  
uinitus san-  
ctus.*

*Hermogenes  
ex ethnico  
fit Christianus.*

*Baptizatur.*

Sed delata hæc cum essent per quendam Senatorem Rusticium Maximino: collapsamque penitus duorum Praefectorum opera Gentilitiam superstitionem audiret, idem ipse euestigio Alexandriam venit, Hermogenemque primo in fidei confessione perstantem, manibus ac pedibus amputatis, direque admodum verberatum vna cum Menna alijs tormentis excogitato capite truncari iussit. Sed & quidam Euegraphus olim Mennae minister, quod coram imperatore magna constantia Christum confessus esset, ab eodem indignatione furente gladio cõfossus occubuit. Sacrum verò corpus huius Mennae translatum est Constantinopolim: de

*Imperator  
ipse Alexan-  
driam venit  
& vtrumque  
capitis dam-  
nat.*

*Euegraphus  
Mennae mi-  
nister neca-  
tur.*

postmodum à Iustiniano Imperatore inclyta honoratum Basilica: Teste C. Baron. in Not.

VITA PLANE ADMIRANDA S. DANIELIS STYLITÆ: Ex ea quæ est fidelissimè conscripta per Simeonem Metaphrast. Obijt anno à Partu virgineo 489. Felicis Papa 7. Zenonis Imperat. 16.

Vide Tom. 6. Annal. C. Baron.

EST vicus in Mesopotamia, vrbi Samosatorum vicinus Maratha nomine, qui Danielis Stylitæ natiuitate celebris euasit. Pater ei fuit Eliu, mater verò Martha nomine: qui filium à teneris vnguiculis sanctioribus disciplinis imbuendum curarunt. Cùm autem annorum esset duodecim tactus monasticæ vitæ desiderio, relictis parētibus, spretisque delicatioris vitæ blandimentis, clàm ad religionis asylum confugit: vbi cùm assiduo labore solidissima sanctioris vitæ fundamēta iecisset, animo maiora quotidie certamina appetens, tandē summa Præfecti sui voluntate sacrosancta loca lustraturus, Simeonem in colūna degentem, & fama sanctitatis toto orbe celeberrimum, conuenit: cuius non modò exemplo, sed etiā prophetia (vrporè qui diceret Danieli haud leuibus pro Christo laboribus exercendum) adeò ad simile vitæ genus exarsit, vt egrè se ab illo auelli pateretur.

11. Decem. Patria & parētes eius.

Confugit ad monasteriū.

Veni ad Simeonem stylitem: cuius vita habetur Tom. 1. 50. Ianuar.

Porro ad monasterium reuersus paulò post Præfecto è vitæ sublato ad regimen votis precibusque omnium vocatus fuit. At ille honorum scopulos remisque velisque, quod aunt, fugiens, clàm omnibus, se indè proripuit, & Si-

Difficiliter auelli potest à Simeone.

*Fugit Con-  
stantinopo-  
linē ab  
basiliat.*

*Demonēs  
expellit ex  
quodam fa-  
no.*

*Clerici in eū  
insurgunt &  
malefici a  
pud' Episcopū  
accusant.*

*Habitat in  
columna  
Daniel.*

*Eum vult de  
columna de-  
scendere.*

& Simeonis stylitæ ei in specie senis approp-  
tis hortatu Constantinopolim adijt. Palatium  
ided potissimum relicta, quod Samaritani in-  
colas Christianos bello lacefferent: & amicum  
celesti philosophiæ quietem interturbarent.  
Itaque sacra templa Bizanti j obiects, ve and-  
uit fanum quoddam esse malignis spiritibus  
miserè obnoxium: locumque Philepporum  
nomine accolis infestum: sine mora eò, cū ho-  
ste conflicturus, contendit. Vbi eum infellus  
demonum clamores, lapidum ictus, horribi-  
les cacodæmonū formas egregiè aliquamdiu  
sustinisset, fidē & virtute cunctis hostibus su-  
perior, tandem impuram illam demonum co-  
teruam fatis fugauitque: & locum, stupētib;  
miraculi nouitatē accolis, pœatissimum red-  
didit.

Sedeo damno affectus dæmon, mox Cleri-  
corum animos inuidia commouit, ac tanto ca-  
lumniandi furore succendit: vt nihil nō apud  
Anatolium Bizanti j episcopum molirentur, vt  
Danielem tanquā maleficum ac magicis ar-  
tibus imbutum loco pelleret. Sed vicit eorum  
calumnias spectata viri virtus, & sanctitas:  
prorsus vt episcopus viso Daniele vehementer  
gauderet, hominemque haud secus ac verum  
calicolam amplecteretur. Porrò Daniel Si-  
meonis institutum modumque viuendi mente  
ac cogitatione assiduo voluens, tandem &iple  
semel iam iterumque oraculo admonitus co-  
lumnā conscendit: sed, vt fit, sanctioris vite  
instituta vixdum aggressus omnium in se odia,  
& ipsius in primis loci Domini, Gelasij concu-  
tauit. Is igitur paulo post furibunda mente ad  
vrum

virum sanctum è columna deturbandum ac-  
 cessit. Sed Christo famulum suum protegente,  
 cum mira esset cæli serenitas, repentina imbrũ  
 ac grandinis exorta tempestas hominem qui-  
 dem non nihil exterruit, sed amentis stultitiã  
 nequaquam extinxit. Itaq; columnæ iam pro-  
 pinquior factus, Danielem, inclamans, manda-  
 vit vt festinus descenderet. Cumq; ad motus  
 scalis vir sanctus, pedes tumidos & vlceribus  
 atque vulneribus, præ diurna nocturnaq; sta-  
 tione, plenos proferret: Gelasius eo spectacu-  
 lo misericordia motus temerarij sui facti ve-  
 niam petijt: & in ea columna manendi nõ mo-  
 do potestatem fecit, sed aliam quoque excel-  
 sorem firmioremq; suis sumptibus viro san-  
 cto exstruxit. In quam translatus cum maiori  
 indies virtute & miraculorum gloria clarus e-  
 uaderet, homines quidam hæretica prauitate  
 infames, vt illius vel Christi potius gloriam  
 obscurarent, meretriculam ingenti precio cõ-  
 duxere, vt eum vel saltem discipulorum eius  
 aliquem ad impuri amoris libidinem prouo-  
 carent. Illa verò arti suæ fraudiq; non defuit:  
 sed cum omnes suos conatus irritos cerne-  
 re, lucri diu expectati precio fraudaretur, re-  
 versa ad suos impudentissimè affirmavit, Da-  
 nielem libidinis telo vehementer sauciũ vio-  
 lentas illi manus, quòd pro voto cupitis am-  
 plexibus frui non poterat, afferre voluisse. Eo  
 numore impiæ mulierculæ & hæreticorũ frau-  
 dibus increbescente, & viri fama apud non-  
 nullos periclitante, mox iustus Deus suorum  
 protector Manadem illam dæmonio tradi-  
 dit: à quo exagitata vehementius, & Danie-  
 lis in-

*turbare, G. no  
 lassu loci  
 Dominus.*

*Viso pedum  
 tumore, quæ  
 Daniel ex  
 diurna sta-  
 tione contra-  
 xerat totus  
 mutatur.*

*Impudent  
 scorum, in-  
 credibilia  
 fingit de illo.*

*Corripitur  
 dæmonio.*

Z z

lis in-

*Eam sanat  
S. Daniel.*

lis innocentiam & hæreticorum insidias integre detexit. Adducta deinde ad virum sanctissimum, eius precibus & à dæmone purgata & à vinculis peccatorum absoluta fuit.

*Fit Sacerdos  
Daniel.*

Post hæc Gennadius Episcopus Constantinopolitanus, iussu Imperatoris columnam accedens Danielelem sacerdotio, inuitum placet & reluctatam, inuitavit. Quo munere affectus ad eum se totum diuinis rebus & meditationi celestium cōsecrauit, vt corporis quodammodo expers solo spiritu constare putaretur. De quodam cum aëris intemperies frigusque se inuissent, fuit à discipulis nudus planè, & toto corpore concretus atque in glaciem propemodum conuersus inuentus. Cumque aquis calidis alijsque fomentis vitalem spiritum recuare contenderent, ipse omnis ferè sensus expers: Ecquid, inquit, mihi molestiam afferitis, & suauis oppressum somno vexatis? Nam cum modò precationi intentus Domini auxilium inuocarem, accidit vt parùm dormitarem. Sic ille planè mente atque cogitatione caelestia tractabat, vt iam non in terris, sed in ipso caelo versari videretur. Et quidem tantis tamque asperis per omnem vitam exercitatus laboribus, nulli morbo vel corporis iniuriæ obnoxius ad octogesimum primum vsque peruenit annum: vir summis infimisque honorabilis: & Regibus atque Imperatoribus tanta veneratione ob vitæ sanctitatem, prophetiæ Spiritum, & miraculorum splendorem conspicuus, vt non rarò ad eius se pedes abijceret, precesque quouis robore bellico firmiores, pro regni firmamento & sua subditorumque salute implorerent.

*Horrendos  
corporis cruciatus planè  
non sentis.*

*Nota etatē  
in tantis laboribus  
inedia sanā  
& robustam.*

*Migrat ad  
Christum  
& egenarius.*



rent. Cæterum quàm esset pretiosa in conspectu Domini mors eius, ilicò ab obitu, præclaris miraculorum prodigijs diuina potètia manifestauit. Tres siquidem stellas Cruces, cum dies esset, & sol luceret clarissimus, cum summa pulchritudine & splendore dicuntur apparuisse, & stetisse super preciosum illius loculum: quinetiam volasse columbas candidissimas: gratiam Spiritus sancti quæ cum eo semper est significantes.

*Signa quæ ad loculum eius contigere.*

**CERTAMEN SS. MARTYRVM ALEXANDRINORVM, Epimachi, Alexandri, Ammonarij virginis, & sodalium eius: Item Hieronis, Isidori, & Dioscori, ac sociorum eorum. Ut habetur Ecclesiastica Historia Eusebij Casareensis, Lib. 6. cap. 34. ex epistola S. Dionysij Alexandrinorum, ad Fabium Antiochenum. Passi sunt anno Christi 253. sede vacante, Decij verò Imperat. 1.**

*Vide Tom. 2. Annal. C. Baron.*

**E**PIMACHVS & Alexander non longo pòst tempore, quàm vincti tenebantur, multos perpeffi dolores, nouaculis dilaniati & flagellis lacerati, ad extremum ardentissimis flammis circumiectis absumpti fuerunt. Quibus quatuor mulieres fidei còstantia & martyrij gloria illustres adiungebàtur: quarum prima fuit Ammonariù, sancta virgo: quæ cum diu admirabili fortitudine horrèdos cruciatus pertulisset, & sæuientem ac blàdientem iudicem summa virtutè contempsisset, postremò vltimū suppliciū inuicta subiit. Mercurià

*1a. Decè:*

*Epimachus & Alexander, ius cremantur.*

*Ammonarij virgo dire cruciatur.*

*Item Mercu-  
ria Dionysia.* secunda erat, anus in primis veneranda. Tertia,  
Dionysia, quæ quanquam erat multorum libe-  
rorum parens, illos tamen Domino in amore  
minimè prætulit. Quarta, Ammonarium al-  
tera: quæ tres, cum præses vereretur nè incal-  
sum tormenta illis infligeret, & quodammodo  
euinceretur à mulieribus, nullum cruciamen-  
torum genus amplius subire cogebantur: sed  
statim capite obruncato, mortem opperunt.

*Altera Am-  
monarium.*

*Demàm ple-  
stuntur ca-  
pite.*

*14. Decemb.  
Hierō, Ater,  
Isidorus &  
Dioscorus.*

*Dioscori a-  
dolescentis  
constantia.*

Pro omnibus enim prior Ammonarium, tan-  
quam in prima dimicationis acie locata, sacis  
tormentorum exceperat.

Hieron præterea, Ater, & Isidorus Aegyptij  
& Dioscorus vnà cum illis, adolescens quinde-  
cim annos natus, iudici traduntur. Et primum  
Iudex adolescentem tanquam blāditijs obno-  
xium, blandis in fraudem inducere verbis, tum  
velut remissum & flexibilem ad fidem negan-  
dam, tormentis impellere tentat. Sed Diosco-  
rus neque blanditijs quidquam commotus, ne-  
que supplicijs exterritus, impiæ Iudicis per-  
suasione restitit viriliter. In reliquos igitur ra-  
biem suam conuertens acerbissimè crudelissi-  
meque verberibus dilacerat: quos cum tormen-  
ta magno & fidenti animo pro fide tolerare  
cerneret, rogo cremandos tradit. Dioscorum  
autem cum propter singularem animi magni-  
tudinem, quam palàm ostenderat, tum propter  
prudētissima responsa, quæ ad singula rogata  
dederat, iudex magnoperè admiratus, dimisit:  
affirmans se propter ætatem certos dies illi  
velle concedere, quibus respiscendi haberet  
facultatem. Iam ergò Dioscorus summa pieta-  
te eximius nobiscum est: expectans cum certa-  
men

men prolixius, grauiusque, tū amplexius præ-  
mium & diuturnius.]

Porrò Nemesiſ quidam & ille etiam AEgyptius, falſo in crimen vocabatur, quòd cum latronibus ſocietatem coiuiſſet: ſed iſtam calumnia notam ab eo alieniſſimam quidem, cùm coram centurione diluiſſet, iterùm per iudicem fuit delatus, quòd Chriſtianus eſſet, vinculisque conſtrictus ad præſidem venit, iſte iniuſtiſſimus præſes beatum martyrem tormentis & verberibus duplo grauioribus, quàm latrones ipſos afflictiſ, exemplo Chriſti inter latrones interiectum (vndè non parum honoris adeptus eſt) feruido ignis exurit incendio.

Quædam porrò militum turma derepentè accedit: nimirum Ammon, Zeno, Ptolomæus, Ingenes, & pariter cū illis ſenex Theophilus: qui præ tribunali ſe ipſi ſtiterunt. Cùm igitur quidam, quòd Chriſtianus eſſet, in quæſtione verſaretur, & iam ad fidei negationem propenderet: iſti aſſiſtentes, præ rei indignatione dentibus frendere: vultum mutare: manus extendere: toto denique corpore geſtus quòſdam agere. In quos cùm omnium ora eſſent conuerſa, priùs quàm vlli alij in eos iniiceret manus, illi ipſi ad ſubſellia accurrere; ſe Chriſtianos profiteri: ſic, vt cùm præfectus & aſſeſſores qui aderant ei in concilio, timore obſtupereſcerent, tum Chriſtiani in quos iam inquirebatur, ad ea tormenta, quæ pòſt eſſent perpeſſuri, tolerantè ſufferenda maximè cõfirmarentur: tum denique iudices, qui eſſent contra eos ſententiam pronunciaturi, maximo metu ex-

Zz 3 hor-

29. Decem.  
Nemeſis  
AEgyptius.

20. Decem.  
Ammon,  
Zeno, Ptolomæus,  
Ingenes, Theo-  
philus.

horrescerent: isti verò è foro gloriantes absco-  
dere, & præ testimonio quod Christo perhi-  
buerant, summo gaudio exultare; Deoper  
illos gloriosos triumphos agente: Alij præ-  
tereà complures in vrbibus & pagis, à geni-  
bus distracti erant, & quasi membratim dis-  
cerpti: ex quibus vnum exempli gratia com-  
memorabo.

22. Decemb.  
Ischyriion.

Complures  
martyres di-  
uersis suppli-  
cijs inter-  
imuntur.

Cheremonis  
Episcopi cū  
sua fuga.

Ischyriion cuiusdā magistratus negocia merce-  
cede conductus procurat: is qui eum conduxe-  
rat iuber idolis sacrificare: quem, cū manda-  
to minimè obsequeretur, cœpit conuicijs la-  
cerare: ac cū constanter fidei adhæresceret,  
grauibus affecit contumelijs: atque vbi vidit  
pacatè eum & tranquillè omnia sufferentem,  
arrepto fuste præacuto, intestina ac viscera il-  
lius transfodit, crudeliterque interemit. Quid  
attinet multitudinem eorum percēdere, qui in  
solitudine & montibus vagi, errantesque, fa-  
me, siti, frigore, morbis, latronib⁹, bestijs fue-  
re extincti? Quorum electionis beatæ & exi-  
miæ victoriæ quanquàm testes sunt hi, quibus  
adhuc ex illo numero vita suppeditat: tamen  
vnum aliquod facinus proferam, quò res istæ  
sint exploratius cognitæ perspectæque.

Cheremon Episcopus ciuitatis quæ Nilus  
dicitur, cū iam planè grandis esset, & aetate  
propè exacta, cum suis ad montē Arabiæ con-  
fugiens, neque post reuertus est, neque vquam  
eos quispiam videre potuit. Et licet fratres  
iam aliquoties eos quærerent, tamen neque  
ipsos neque corpora eorum vsquam reperire po-  
tuerunt. Permulti sanè in eo Arabico monte  
erant à barbaris Saracenis in captiuitatem ab-  
ducti:

ducti: quorum alij agrè quidem & vix ingenti pecuniæ summa redimi potuerat: alij hætenùs nullo modo. Atq; ista, mi frater, non frustra equidè dicendo profectus sum: sed vt cognoscas quætæ, & quàm acerbæ calamitates apud nos obtigerint: quas qui fuerint magis experti, plura de illis & sciunt, & dicere possunt.

MARTYRIUM SANCTISSIMAE VIRGINIS Lucia: quæ passæ est Syracusis anno Christi 303. Marcelli Papæ 7. Diocleti. & Maxi. 20. Tom. 2. Ex eo quod extat apud V. P. Laur. Surium.

Teste C. Baron. Annal. Tom. 2.

**C**VM Syracusani per milliaria propè quinquaginta ad Catanensium urbem, sepulchrum beatæ Agathæ, fama sanctitatis & martyrij gloria per vniuersam Siciliae prouinciã celebrissimæ visitaturi confluerent: Lucia quoque Syracusanorum nobilissima & virgineo candore nitidissima, cum matre sua Eutychia, pariter festiuitatis gratia inuitante, eò perrexêre. Porro Eutychia continuis quatuor annis sanguinis profluuio miserimè vexata nulla medicorum arte curari poterat. Cumque ad diuina peragenda mysteria, lectio Evangelica recitata esset, quæ mulierem simbria vestimenti à fluxu sanguinis liberatam habet, Lucia ad matrem conuersa: Si, inquit, lectis fidem adhibes mater, crede Agatham pro Christi nomine passam hoc meruisse, vt facile ab eo quiduis impetrare possit, pro cuius nomine passæ est. Continge ergo eius sepulchrũ, quæ Christo perpetua charitate vnita est, & salutem consequeris.

13. Decem. En antiquã consuetudinẽ sanctorum sepulchra visitandi.

Marc. 5. Matth. 9.

Zz 4 Igitur

*Agatha Lucia  
eius praedicat  
Syracusana  
ciuitatem  
eius marty-  
rio decoran-  
dam.*

*Virgo Lucia  
facultates  
suas distri-  
buit egenis.*

*A Sponso suo  
accusatur.*

Igitur peractis omnibus cum populus ab-  
scelisset, mater & filia ante sepulchrum pro-  
stratae cum lachrymis sanctissimae Martyris sus-  
fragium deuote implorarunt. Et ecce dum o-  
rationis prolixitate grauata Lucia a somno  
corripitur, videt ipsam Agatham in medio  
Angelorum coruscantibus ornatam gemmis  
ita dicentem: Soror mea Lucia, quid a me petis  
quod ipsa continuo praestare poteris? Nam &  
matri tuae fides tua subuenit, & illa pristinae sa-  
nitati restituta est, & sicut per me Catanensium  
ciuitas sublimatur a Christo, ita per te Syracu-  
sana decorabitur: quia iucundum Christo in  
tua virginitate habitaculum praeparasti. His  
auditis Lucia a somno excitata tremens accla-  
mat matri: Mater mea, Mater mea: ecce sana fa-  
cta es. Per ipsam deprecor, cuius beneficio sa-  
nitatem obtines, ne vnquam mortalem mihi  
sponsum nomines, neue de corporis mei po-  
steritate mortalitatis fructum inquirere velis:  
sed omnia quae eunti mihi ad corruptionis meae  
auctorem, hominem moriturum, datura es, da  
potius tudenti ad integritatis meae auctorem Do-  
minum Iesum Christum. Nec mora: Mater sa-  
lutari prudentissimae filiae consilio inducta, re-  
rum suarum distractionem fecit alacriter: cal-  
que pauperum necessitatibus quotidie impen-  
dens, de solis aeternis cum filia perpetuo phi-  
losophabatur.

Interea cum praediorum gemmarumque di-  
stractio ad sponsi noticiam perueniret, is indi-  
gnatione commotus apud Paschasium Praefe-  
ctum eam, quod Christiana esset, & contra Au-  
gustorum leges vitam institueret, accusauit.

Quam

Quam ille corripens cum ad dæmonum sacrificia inuitaret, Lucia impio respondens; Sacrificium, inquit, viuum & immaculatū apud Deum & patrem hoc est, visitare viduas & orphanos in tribulatione eorum. Ego verò toto hoc triennio sacrificium hoc Deo viuō gratissimum obtuli. Iam quia nihil super est quod offeram, me ipsam Deo hostiam viuētem libens sacrifico. Quod ipsi placet, de hostia sua faciat.

Cumque hæc inter & alia multa, nec precibus, nec minis virginem ad idolorum cultum perducere posset, imò tanto magis incensam videret, ad celebrandas Christianæ fidei laudes, quanto magis ipse eam à sententia auertere conabatur; Cessabunt, inquit, verba, cum ventum fuerit ad verbera. Cui Virgo; Dei seruis verba deesse nō possunt, quibus à Christo Domino dictū est: Cum steteritis ante Reges & Præsides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus sanctus qui loquitur in vobis. Quam cum Paschasius interrogasset. Estne ergo in te Spiritus sanctus? Respondit illa: Castè & piè viuentes (vt testatur Apostolus) templum sunt Spiritus sancti. At ille: Iubebo te ad lupanar duci, vt te Spiritus sanctus deferat. Cui Virgo: Siquidem inuitam me iuleris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam; nunquam enim inquinatur corpus: nisi de consensu mentis. Sed enim tametsi in manu meo thura ponas, & per manum meam sacrificijs iacias: Deus hæc attendit & irridet: de-

*Sapientist-  
mè respon-  
det Iudich  
S. Lucia.*

*Matth. 10.*

*1. Corint. 3.*

*Præfectum  
dum eam ad  
lupanar vult  
pertrahere,  
nulla vi loco  
moueri po-  
test.*

*Ab igne ni-  
bil leditur.*

*Gladio iras-  
fixa d. n. su-  
peruicit.*

*Paschasius  
præses ple-  
bitur capite.*

*Moritur  
virgo sacra-  
tissima.  
Teste Ioan.  
Molan. In  
Annot. Mar-  
tyr. V. suardi.*

sensibus enim & voluntatibus iudicat.

Quibus auditis Paschasius ira inflat mar-  
Luciam eò pertrahi iussit, vbi virginitas eius  
violaretur: sed diuinitus factum est, vt tanto  
pondere firmaretur, vt nulla vi de loco dimo-  
ueri posset, Quamobrem Præfectus in eius cir-  
cuitu copiosum iussit excitari rogam, eamque  
pice, resina, ac feruenti oleo perfundi, vt flam-  
mis absorpta nullam sui memoriam relin-  
queret. At illa in medijs flammis illæsa per-  
manens: Ego, inquit ad Præfectum, à Domino  
Iesu Christo martyrij mei inducias obtinui,  
vt credentibus timorem tollerem passionis, &  
non credentibus vocem insultationis auferre.

Hac tanta Martyris virtute angustiari Pa-  
schasium non ferentes amici eius; indignabi-  
di gladium in eius viscera mergi fecerunt. Quo  
vulnere accepto nõ quidem statim expirauit,  
sed quamdiu voluit orationi intenta, pacem  
Ecclesiæ breui reddendam gratulabunda tur-  
bæ circumstanti annunciauit. Hæc loquente Dei  
famula, visceribus iã gladio patefactis, ante  
oculos eius Paschasius crudelitatis minister  
ferro vincus ducebatur. A Siculis namque ac-  
cusatus, quod prouinciã prædatus fuisset, Ro-  
mã catenis ligatus perductus fuit: vbi capitale  
sententiã scelerum suorum præmium accepit.  
Christi autem martyr eodẽ in loco consistens  
non prius spiritũ emisit, quã viuificis munera  
sacramētis supremã cū insita pietate oratione  
pergisset, & sacerdotes Amen pronũciaissent.  
Corpus eius post varias trãslationes postremo  
translatum est a Metim urbem Galliæ vbi etiã  
num in Ecclesia S. Vincentij requiescit.

MARTY.



MARTYRIVM SS. EVSTRATII, AV-  
*xentij, Eugenij, Mardarij & Orestis: Ex eo quod*  
*est per Simeonem Metaphrasten. a Afferuntur*  
*eorum corpora Rome in Ecclesia Sancti Apolli-*  
*nar is episcopi: vbi stabilitum est collegium Ger-*  
*manicum. b Passi sunt sub Galerio Maximiano*  
*in Oriente Imperante: incerto quidem anno.*

*Vide Baron.*  
*in Not. ad*  
*a Martyr.*  
*Rom. &*  
*b Tom 3.*  
*Annal.*

EO tempore quo Agricolaus in Sebaste-  
 norum metropoli Imperatorum edicta  
 executurus, acerrimam in Christianos  
 persecutionem meditabatur, & Lysias pari  
 crudelitate vir, in Sareleon versaretur, Eu-  
 stratius quidam pietate atque virtute insig-  
 nis, cum animaduerneret vel fugam vel certa-  
 men cum tyranno necessario sibi esse subeun-  
 dum, animi anxius, ne forte in confessione di-  
 nis cruciamentis succumberet, post multas  
 preces & lachrymas Deo exhibitas tali ratio-  
 ne diuinam mentem consulendam statuit. So-  
 lutam de corpore zonam vni famulorum suo-  
 rum omnium fidelissimo, ad aram in eccle-  
 sia \* Arabracionum deferendam tradidit: &  
 siquidem eam Auxentius notæ pietatis sacer-  
 dos, primus omnium tolleret, sperabat Deum  
 propitium sibi futurum, viresque ad certamen  
 intrepidè & constanter peragendum largitu-  
 rum. Sin autem alius quispiam ad tollendam  
 ex ara zonam prior veniret, haberet hoc pro  
 certissimo diuini consilij & prouidentie iu-  
 dicio, vt fuga potius salutem quæreret.

*Eustratij*  
*magna pie-*  
*tas.*

\* al. Arau-  
 cenorum.  
 Auxentius  
 presbyter  
 optimi testi-  
 monij.

Itaque deposita in altari zona, famulus ocu-  
 lorum acie perpetuè adhibita, tandem ipsum  
 Auxen-

*En vi leta-  
tur Eustra-  
tius ob futu-  
rum marty-  
rium.*

Auxetium tanquam ab aliquo missum ad aram tendentem, Zonamque tollentem cernit. Quo nuncio accepto Eustratius, tanto delibutus est gaudio, ut omnes summæ dignitatis amicos et Prætorio domum suam abduceret, & lautissimo conuiuio, quali antea nunquam, exciperet. Vultu, verbis, moribus, denique & gestibus lætitiæ significabat; ita ut insuetum hoc spectaculum cunctis maximam admirationem commoueret. Vnus igitur ex ijs ætate iunior, sed charitate præcipuus, Eugenius nomine, familiari sermone tantæ lætitiæ causam percundatus est: Nunquid, inquit, propterea hoc insolito perfusus es gaudio, quod amplissimum die crastina ex Christianorum supplicijs lucrum expectas? Erant enim altera die Christiani, qui in vinculis tenebantur, quæstionibus subijcendi; & Eustratius eo anno Commentariensem agebat. Itaque vir sanctus amico suo respondens, Rectè, inquit, existimasti: Spero enim insequenti luce ijs me diuitijs cumulandum, quæ nullo deinceps tempore vel iniuria eripi poterunt.

His ita constitutis Eustratius victos ad tribunal Præsidis, ex officio producturus, ad carcerem abiit; statimque omnes Christi martyres supplex rogauit, ut precibus suis inuictum animi robur à Deo sibi impetrarent. Tum vero, Agite, inquit, socius ego vester ego, pari vobiscum martyrij certamine probandus. Hæc dicens, præclarum confessorum exercitum ad Lisyæ Præsidis perduxit tribunal. Et conuersus ad Præsidem, En, inquit, coram hic adstat fortissimus Christianorum cœtus, mecum vnâ  
forti

fori & robusto animo tuas machinas à patre diabolo tuo inuentas perdituri. Et quidem Auentius iam antè confessionē eximius nūc rursus tuo iussu è vinculis adest. Experire num eadem in viro fortitudo permaneat . Perculit hæc inopinata vox Præsidentem vehementer, totusque stupore & iracundia plenus; Acerbius, inquit, hoc mihi, quam vnquam antea, extitit iudicium. Sed citò ab hoc oratore, scelerato carnifice, militaria auferte ornamenta: eumque toto corpore nudum funibus in aëra sustollite, ignem pectori eius subdite, humeros virgis & flagris laniate. Cumque in tantis supplicijs inuictus permaneret, Præsides ira exarscens, muriam, inquit, aceto temperatâ membrum igne combustis infundite, & acutis testis fortiter affricate.

Dum hæc fieret & martyr toto corpore fœdatus, nullam tamen doloris vel gemitus significationem daret, Præsides vt suam ipse miseriam non nihil leniret, insultando ait: Iam emortuæ mentis factus est; nam si Deus ille, de cuius potestate tantopere gloriatur, eum immortalitatis participem reddere posset, posset utique & à præsentibus quoque tormentis liberare. Vix hæc impius ille effatus erat, & ecce, Eustratius, squammis quibusdam è corpore decedentibus, sanus repente apparuit & nouo quodam decore perfusus. Cumque, viso miraculo, populus voces lætitiæ extolleret, Eugenius qui minorem magistratum gerebat, magno voce exclamans, Lysia, inquit, & ego Christianus nefariam idolorum superstitionem derestor. Hæc dicens illicò comprehensus, & simul

*Eustratius  
gregia coram  
iudice di-  
cendi liber-  
tas.*

*In mare  
supplicium.*

*Sanatur di-  
uinitus S.  
Eustratius.*

*Eugenij con-  
fessio.*

& simul cum reliquis in carcerem coniectus fuit.

*O immanem tyrannum.*

Sequenti verò nocte Dux ad ciuitatem Neapolitanam profecturus, Eulstratium crepidis, acutis fibulis transfixis indurum & lotum vinctum post se trahi iussit. Sequebatur reliqua confessorum caterua. Cumque ad castellum, prope Arauracos situm, peruentum esset, Mardarius quidam eiusdem confessoris amore vehementer incensus, vxore & libris Deo & cuidam suo amico commendatis, in medium proflijit: & se quoque Christi testem esse exclamauit. Itaque & ille comprehensus ac reliquis sanctis in carcere & vinculis sociatus, præclarum suæ fidei & pietatis documentum dedit.

*Vide feruorem Mardarij ad martyrium prope-*

*Auxentius decollatur.*

Post hæc productus ad quæstiones Auxentius, cum nullis Præsidis blanditijs vel minis à Christianæ fidei confessione dimoueri possit, capitalem sententiam subire iussus certamen compleuit. Post eum adductus Mardarius miræ simplicitatis vir, nullum aliud verbum protulit, quam, Christianus sum, Sum Christi feruus. Ita namque instructus erat ab Eulstratio; ne callidis diaboli veteratoribus, in minimis ludibrio foret. Is igitur traiectis per pedum eius calcaneos terebra perforatos fanibus in rotam suspensus fuit: & candentibus subulis tamdiu exagitatus donec in confessione spiritum emitteret. Tertio loco Eugenius excisa lingua & manibus truncatis, tibijque baculo confractis tradidit spiritum.

*Mardarium acerbissimè cruciatus expirat. Item Eugenium.*

His peractis Dux sceleratus in campum prodiit, vt exercitus sui delectum haberet. Cumque omnes

omnes certatim suam, quã habebant in armis, Orestes mi-  
 ostēderent experientiam, Orestes quidam vir les crucem  
 procerus & forma decorus aureã ex collo ge- auream ad  
 labat crucē eamq; sub veste fouebat: eò quod pectus gesta-  
 Christianis quoque sacris initiatus esset. Dum uit.  
 autem hastam, spectante Lysia, fortius vibra-  
 ret, excussa ē veste crux ipsi in primis Lysia ap-  
 paruit. Qui eam manu tollens, Ecquid est hoc,  
 inquit; num & tu Crucifixi cultor es? Et ille: Coniicitur  
 Christi, inquit, seruus ego sum, eiusq; infig- in carcerem.  
 nia gesto ad omnia mala auertenda, quæ mihi  
 ingruunt. Hoc dicto, protinus in vincula con-  
 iectus, gloriosi certaminis vnã cum Eustratio  
 particeps exitit.

Interea Nicopolitanã ciuitatem ingressus  
 Lysias, mox nouam militum cohortem Christi  
 cõfessione insignem obuiam habuit. Certatim  
 enim se illius cõspectui ingerebant, solutisq; Multi mi-  
 zonis suis, quanta auiditate certamen expete- lites vltro  
 rent, stupente Lysia, declarabant. Quorum cõ- christum  
 stantia & multitudine percussus, multoq; considentur.  
 magis ipsius Eustratij virtutem veritus, ne rursus  
 in certamine aliquod miraculum ederet, &  
 Gẽtiles à simulachrorum cultu auerteret, Eu-  
 stratium & Orestem ad Agricolaum in ciuita-  
 tem Sebastenorum transmisit.

Quò, quinque post diebus, delati antè Agri-  
 colai tribunal causam dicere iussi sunt. Ibi tũc  
 Eustratius tanta verborum elegantia & sentē-  
 tiarum grauitate, cum ex alijs Philosophis,  
 tum ex ipso præcipuè Platone deorũ vanitatē  
 ostendit atq; redarguit, vt cuncti præstantissi-  
 mam viri eloquentiam prudentiamq; satis mi-  
 rari non possent. At verò Agricolaus agresti  
 planè

Eustratij ex-  
 imia elo-  
 quentia &  
 doctrina.

*Orestes can-  
denti crati-  
cule impo-  
niuntur.*

planè ingenio vir, scelerum suorum tenebris  
occæcatus, lectum iussit afferri ferreum, inque  
eum, copioso igne candentem, Orestem pro-  
sterni. Orestes visa tam crudeli machina, pri-  
mum quidem cogitatione exhorruit; sed mox  
Eustratij oratione, sanè luculèta, confirmatus,  
audenti & forti animo grabatum conscendit,  
statimque accumbens magna voce clamavit:  
Domine Iesu Christe, in manus tuas commen-  
do spiritum meum: sicque beatam Deo animam  
reddidit.

*Reddit Spi-  
ritum.*

*Testamentū  
S. Eustratij.*

Cuius agone incredibiliter exultas Eustra-  
tius, cum denuò in custodiam datus esset, acci-  
to, qui cum eo erat, famulo, condidit testamē-  
tum: in quo dimidiam mobilium bonorū par-  
tem pauperibus, aliam verò sororibus reli-  
quit. Possessiones verò quas Arabracis habe-  
bat, ijs assignavit, qui in ministerio martyrij  
eorum, permansuri erant. Cauerat namque ut  
corporis eius reliquiæ cum Auxentij, Orestis,  
Mardarij, & Eugenij in oppidulo Arabracino-  
rum, in loco qui Analicozora vocatur salutè  
integræ deponerentur. Condito hoc modo te-  
stamento, eiusque executione Sebastenorum  
antistiti Blasio commissa, cæleste epulum de  
manu episcopi Ierabundus accepit: vocatusque  
sequenti luce ad tribunal, ignis incendio à  
Præside Agricolaο damnatus est. Qua accepta  
sententia, cum iam fornax, collucentibus va-  
dique flammis, arderet, psallens gaudensque  
eam est ingressus: & inter verba orationis spi-  
ritum tradens, ab ignis iniuria, non modò cor-  
pus, sed & ipsi pili illæsi permanserunt. San-  
ctissimus verò Blasius sanctorū reliquias, quo  
par

*S. Blasij ex-  
tat 3. Febru-  
arij. Tom. 1.*

*Psallens in-  
trat in fornaxem.*

*Corpus eius  
ab igne illæ-  
sum.*

parerat honore, ex vltima Eustratij voluntate, honorificè condidit.

**VITA S. AVTBERTI CAMERACENSIS Episcopi:** Ex ea qua extat apud V. P. Laur. Sur. b Numeratur octauuseius Sedis episcopus. a Claruit Anno Christi 709. & sequentibus.

a Vide Tom. 8. Annal. C. Baron. & b Not. in Martyr. Rom.

**S** Autbertus & Christi sacerdos eximius temporibus inclyti Regis Francorum Dagoberti eius nominis secundi, spectata vitæ integritate & sanctimonia clarus, defuncto Alleberto Cameracensis sedis episcopo in dignitate successit. Quo honore decoratus summæ humilitatis vir, & cõtemptor terrenarum rerum eximius, hoc solum cogitabat vt purâ sanctamque Deo seruitutem exhiberet, & cunctos sibi subditos eiusdem sanctimonie ac puritatis participes faceret. Erat tãtis ornatus virtutibus vt ipse Rex Dagobertus, deposita regalis excellentiæ fastu, eius consuetudine colloquioque mirificè delectaretur. Qui cum ad eum de æterna futuri sæculi beatitudine, de gehennæ supplicijs, & pietatis studio, quo Christi gratiam comparamus, frequenter disserteret; Regis animus gaudio non modò exultabat, sed summi etiam beneficij loco reputabat, quòd tanti viri hospitio recipi eiusque familiari colloquio frui mereretur.

13. Decem. Succedit Alleberto in episcopatu.

Dagobertus Rex quantò eñ fecerit.

Discipuli eius viri sanctissimi s.

Landelini vita extat 15. Iunij.

Tom. 2.

\* Eius vita vide apud Ioan. Molan. in Indic. SS. & Belgij.

Porro discipulos habebat vir sanctus Landelinum Crispinij Abbatem; Vincentium Madelgarium Comitem; & cõiugem eius sanctissimam Valdetrudè. Quorù sanctitati multi insuper diuini verbi præcones egregij, ex Sco-

*b Huius san.  
Ei vita ha  
beatū suprā  
9. Octob.*

*c Eius vita  
extat. 6. Fe-  
bruar. Tom. 1*

*Obitus eius  
Felicitissimus.*

*Quiescit Ca-  
meraci.*

6 Gisleus se adiunxerunt. Horum potissimum  
studijs Hannonia à miseranda dæmonum ser-  
uitute redēpta, Christianæ fidei mysterijs im-  
biata fuit. Porro beatū Autbertū Angelos cor-  
poralibus oculis sapē vidisse, multi audierūt.  
Corpus S. Vedasti ex vili sepulchro in locum  
cælitus designatum Atrebatī, honorificē tra-  
stulit: ac ibidem insigne Monasterium cōstru-  
xit. Hisce alijsque, quæ ad posteritatis notitiam  
non peruenerunt, virtutibus clarus S. Autber-  
tus, cum maximis insitæ pietatis sanctitatisque  
documentis è vita excessit. Corpus eius  
fuit in basilica D. Petri, quæ tunc extra mura-  
ciuitatis erat honorificē conditum: vbi ad re-  
pora vsque Dadilonis, qui 14. ciuitatis istius e-  
piscopus extitit, requieuit. Cum verò Nor-  
manni Galliam depopulati essent, studio  
magna eiusdem Antistitis diligentia in B. Ma-  
riæ Ecclesiam translatum fuit: vbi multo tem-  
pore quieuit: donec Herluini Præsulis succes-  
sor Gerardus monasterium in quo sanctus Au-  
bertus quiescit ab Herluino amplificatum, in  
memoriam S. Pauli solenniter consecrauit, sa-  
crumque S. Autberti corpus suis sedibus resti-  
tuit, anno Christi decimoquinto supra mille-  
simum. Qui locus haud procul abest ab eccle-  
sia sanctissimæ Dei Genitricis: in quo recta si-  
de petentibus, beato Autberto interce-  
dente, beneficia diuina præstan-  
tur eximia.



VITA S. IUDOCI, FILII REGIS  
Britonum & Confessoris: Ex ea qua est per Flo-  
rentium Abbatem. a Obijt anno salutis 653.  
Martini Papa S.

a T. H. C.  
Baron Tom.  
8. Annal. vi-  
de & Not.  
in Martyr.  
Rom.

**E**XIMIVS Christi confessor Iudocus, Re-  
illustri admodum stemmate natus, Re-  
thaëli Britonum Regis filius, vnà cum  
fratre suo Rodichaële in maxima Regiæ dig-  
nitatis spe educatus fuit. Sed in isto quodam  
religionis pietatisq; studio excitatus, & amo-  
re immortalis gloriæ mirabiliter incensus,  
sanctas regni opes deseruit; regiâ dignitatem  
contempfit; voluptates aspernatus est: & quod  
mirabilius est, in vastâ eremum, tanquam in  
portum vitæ longè tranquillior, confugit.  
Cum enim frater eius Rodichaëlis natu ma-  
ior, defuncto parente, regni hæres factus, gra-  
uissimas (quas cum Dagoberto Francorum Re-  
ge aliquamdiu exercuerat) inimicitias depo-  
luisse, totumq; regni statum pace & odio flo-  
rentem reddidisset, studio admirabilis virtu-  
tis, quam mente & cogitatione voluebat, inflā-  
matus, honores omnes deserere regniq; admi-  
nistratiōe in Iudocum fratrem transferre sta-  
tuit, vt aureis illis compedibus solutus, inte-  
gra animi libertate monasticis se totū discipli-  
nis consecrare posset. Quam fratris sui volun-  
tatem Iudocus simulac cognouit, ipse sanctio-  
ris vitæ desiderio non inferior, octo dierum  
inducias postulauit: vt matura interim deli-  
beratione habita, non tam de suscipienda re-  
gni administratione, quam de fuga rationem  
daret. Cumque anxia cogitatione fluctuans,

13. Decem.  
Patria &  
Parentes

Contemnit  
omnia &  
fugit in erē-  
mum.

Frater eius  
natu maior  
Christic.  
more incen-  
sus vult re-  
gnam relin-  
quere & in  
Iudocum  
transferre.



*Adiungit se  
duodecim  
peregrinis  
Iudocus.*

viam omnem modumque inquireret, ut periculosos illos honorum scopulos, in quos frater eum impellere nitetur, euaderet: accidit duodecim peregrinos Romam versus iter habere. Quibus conspectis ilicò se, secretò tamè, socium adiunxit, fratreque planè ignaro, relictis regni finibus, Parisios venit.

Ibi quasi in primo salutis portu constitutus, consiliū caput à cupiditate gloriæ immortalis excelsum planè, ac homine terrenis rebus superiore dignū. Dimissis namque comitibus, à Pontinij cōfinia antiquis plena nemoribus, & inuia, atque inaccessa festinans, in vasta solitudine habitationis suæ locum constituit: omne ibidè vitæ tempus exacturus, nisi à Duce Hymone ab eo proposito per septè annorum spatium retardatus fuisset. Quo tempore & exactiorem literarum cognitionem imbibit, & sacris initiatus ordinibus, ad intermissa dein solitudinis exercitia redijt.

*Fit Sacerdos.*

*Extruit ecclesiam & cellam monasticam. Vulmarum eius discipulus.*

Locus erat Brahic nomine; fluminis rivulis vndique circumdatus; vbi ædificatis ecclesia & domicilio, cogitatum iamdiu cū hoste certamè aggressus est. Erat illi discipulus Vulmarus nomine, cuius ministerio pauperū necessitatibus incredibili charitate contulabat. Cūque quadam vice cunctis, quæ ad victum pertinebant, erogatis, vnicus tantum superesset panis, vir sanctus ne vnquam petenti pauperi deesset, eundem illum in quadrantes diuidi, & petenti de quadrantibus vnum erogari iussit. Accidit tunc vt egenus quidam extrema confectus inedia aduenerit; cui prima panis portio; secundò denique tertio & quarto redeunt, reli-

reliquæ ad vnam omnes tributæ fuerunt. An-  
xio verò VVulmaro & modestè cum magi-  
stro expostulante, Iudocus bono eum animo  
esse iussit; & eccè in alueo fluminis quatuor  
nauiculæ victualibus onustæ repentè, nullo  
planè gubernatore, apparuerunt: quæ Chri-  
sti famulorum inopiam abundè subleuârunt.  
Erat autem vir sanctus tanta ingenij facili-  
tate & morum suauitate, vt ipse etiam cæli  
volucres, & diuersi generis pisces, eius con-  
suetudine delectarentur: ita vt escas de ma-  
nu eius acciperent, nulloque terrore abigi  
possent.

Porrò cum ingens hominum confusus, qui  
ad impetranda ipsius apud Deum suffragia ac-  
cedebant, amicam eius quietem interturba-  
ret, iam octo annis ibidem cum maxima san-  
ctitatis opinione exactis, aliud desertum fe-  
stinus exijt: vbi, in loco qui Rimacus dici-  
tur, constructo oratorio, maligni insidias at-  
que insultus, qui fœlicibus eius actibus in-  
uidebat, annos quatuordecim egregiè susti-  
nuit. Eo in loco aquila inprimis magnas ei  
molestias exhibebat; quam in sublime cû gal-  
lo gallicaneo auolantem signo Crucis, recep-  
to gallo, prostrauisse dicitur. Non longo post  
tempore diabolus terribilem mutatus in co-  
lubrum, hand leue pedi illius infixit vulnus;  
qua læsione accepta diuino admonitus oracu-  
lo vt alio cômigraret, comitâte Duce Haymo-  
ne, vastam circuibat eremum, vt commodū in  
ea habitationis locum inueniret. Accidit verò  
tunc vt Dux venatoni intētus intolerabili sitis  
ardore torqueretur, ita vt nimia oppressis las-

A a a 3

studi-

*Diuinitus  
illi trans-  
mittuntur  
victualia.*

*Aliud ex-  
truit tem-  
plum.*

*Eccè vim si-  
gnæ S. Crucis.*

*Oratione  
fontem ori  
ri facit in lo-  
co arido.*

*Iam tertio  
mutat locum  
& duo con-  
struit ora-  
toria,  
Vocatur à  
summo Pon-  
tifici Romã.*

*Reuertitur  
in eremum  
suam.*

*Psal. 33.  
Merces re-  
nunciantium  
integre huic  
seculo eter-  
na.*

fitudine in somnū laberetur. Interea Iudocus precibus de more incumbens, baculo quo innitebatur humi fixo, aquam elicit, fontemque largius effluentē ad Ducis & familiæ eius solarium produxit: qui in hodiernum vsque diē aquā transeuntibus administrare non desinit.

Progressus deinde versus mare in valle umbrosa paruum offendit riuum; quo delectatus, duo ibidem lignea proprijs manibus, construxit oratoria, vnum Apostolorum Principi, alterum Gentium Doctōri sacra. Ibi dum tota mente cælestibus inhiaret, Romanæ ecclesiæ Pontifex Martinus, tanti viri videndi cupidus, per literas eum accersijt: eiusque colloquio cum magno tum suo tum ecclesiæ totius fructu fruitus fuit. Post varios verò de æternitate & religionis studio sermones inter ipsum & Pontificem habitos, rursus diuino edoctus spiritu (quem in omnibus magistrum habebat & custodem) cum preciosis sanctorum reliquijs à Pontifice sibi collatis, ad Pontinij confinia reuersus est. Fuit verò ab ipso non tantum Duce, sed & ab vniuersa tam Cleri quam plebis multitudine cū summo patriæ totius gaudio exceptus. Cumque venerandas, quas adferrebat, reliquias in noua beati Martini ecclesia, quam Dux lapidum ornatu restaurarat, deposuisset, & stolam ad candidam inducus caluā ad diuina celebranda mysteria procederet, fertur inter ipsa solennia vox cælitus cunctorum auribus insonuisse: Quia spretis diuitijs, & culmine paterni regni contempto, pauper & abiectus esse elegisti in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum; immor-  
talem

talem in cælis recipies coronam, & cultu perpetuo celebraberis in terra.

Hac accepta promissione Iudocus gaudio sanè incredibili exultans, non quidem propterea factus est remissior: sed assumpta potius maiori vitæ severitate, vigilias intendit; preces multiplicavit; benignè faciendi disciplinam exercuit; nullisquæ non pietatis operibus inludavit; donec Idibus Septemb. Angelorum obsequijs & Christo duce ad cælos euocatus abiret. Cuius corpus sicuti ab omni carnalis commixtionis contagio immune extiterat, ita ad sexaginta ferè annos saluum atque integrum planè permanfit. Credidisses vitali adhuc ipiritu præditum fuisse. Nam unguis manuum pedumque, capilli quoque capitis & barba excrecentes radebantur omni sabbatho, quousque successor Haymonis Doctricus, necio, quo mentis furore agitato, sacarium violenter irrupit; qui statim cæcitate percussus & amentia vexatus, surdus denique ac mutus ad supremum vitæ diem miserabiliter permanfit. Porro miraculorū eius gloria in claudorum, surdorum, mutorum, cæcorum paralyticorum & aliorum diuersis infirmitatibus laborantium curatione, tanta est ut vix vlla orationis prolixitate singula enarrari possent.

VITA ET CERTAMINA S. \* SPIRIDIONIS Archiepiscopi \* Trimmythuntis: Ex actis à Metaphraste conscriptis.

SPIRIDION vir magnæ simplicitatis in insula Cypro oriūsus, primò quidè pastor ouium tanquam alter Iacob vitā instituisse

Aaa 4

inue-

*Felix obitus eius.*

*Eius corpus manet incorruptum 60. annis post mortem.*

*Vitio diuina in præsumptuosum Ducem.*

\* al. Spiridonis.

\* al. Trimmythuntis.

Vide C. Baron. Annal.

Tom 3.º

Not in Mart. Rom.

14. Decē.

*Secundum  
Martyrolog.  
Rom.*

*Genes. 25.*

*Patria eius.*

*Admiranda  
eius benignitas in pau-  
peres.*

*Hæc ex tri-  
partita Hi-  
storiae lib. 1:  
Cap. 10.*

*Vide ut tra-  
savit fures.*

*Fit Episco-  
pus Trimmy-  
thuntis.*

inuenitur. Moribus namque commodis admodum atque facilibus, mitique ingenio præditus, pauperibus benignè faciebat: ingenti se damno affectum ratus, si quis pauperum peregrinorum eius beneficio non recrearetur. Abiuebat eorū pedes; tergebat linteo; cibos ministrabat; nullumque officij genus prætermittens, peregrinos quoslibet quasi iura amicitia hospitio inuitabat. Erant illi vxor & liberi qui rem rusticam pariter cum eo exercebāt; sed tanta in illis omnibus studio Spiridionis, virtutum disciplina, morumque suauitas enitebat, ut magni istius Abrahami credentium omnium patris familiae haud absimiles viderentur. Aiunt aliquando nocturnis occultos tenebris, malignos quosdam ad caulas ouium eius venisse: cumque rapere niterentur, subito victos, nullo ligante, fures confitisse. Manè autem factō Spiridion ligatos inueniens soluitque benignè, Cur, inquit, fratres rapere potius & noctem ducere infœlicem elegistis, cum à nobis utique accipere licuisset? Tum miseratus eorum sortem, simulque saluberrimis monitis ad meliora erudiens, Abite hinc, inquit, sumentes arietem: laborastis quippè vigilijs, & decet vos sine queremonijs ab ouibus meis recedere.

Cū hisce pietatis operibus mirabiliter sanè fulgeret, & miraculis insuper clarior morbos curaret, demonesque solo verbo ex obsessis corporibus fugaret, fuit repente ex ouium pastore, Trimmythuntinorum, magno omnium gaudio & gratulatione, factus antistes. In ea verò dignitate constitutus, vnus idemque qui antea, paup-

pauperum imprimis curam gerebat, vir tantæ virtutis vt & futura prædiceret, & quæ vellet, precibus à Deo facile impetraret. Cùm aliquãdo extrema rerum inopia Cyprum opprimeret (quo tempore opulenti & diuites è propinorum malis impium sibi lucrum parant) pauper quidam diuitem accedens, quia precio nõ poterat, precibus ac lachrymis exiguum quid frumenti sibi comparare studebat. Sed diues cum iurgio, vt fieri solet, hominem repellens inanem dimisit. Qui ad Spiridionem tanquã sacram anchoram confugiens, inopiæ suæ malum explicauit. Antistes eius misertus, diuino veluti afflatus spiritu: Estò, inquit, bono & securò anitò. Crastina enim die tua quidem domus bonis abundabit: diuitis verò vacua apparebit. Abijt ille parua aut nulla, vt existimabat, spe subleuandæ miseræ accepta. Sed

*Claret spiritu prophetico.*

*Vide admirabile Dei iudicium in diuitem in humanum.*

Non multò post quidam viri sancti amicus propter virtutis studium, quo exellebat, per calumniam in crimen vocatus, & à Præsìde cõdatus capite. Cumque ad supplicium raperetur, Spiridion hominem liberaturus, ponè subsecutus est. Erat hyems sæuissima: & torrens quidam inundans, viro sancto trans-

*S. Spiridion  
cogit fluuiū  
sibi praeberere  
iter, & libe-  
rat innoxium  
capite dam-  
natum.*

sto transmittendus erat, Cū autem nauicula  
deesset, Spiridion fide armatus, nē amicus pro-  
pter moram periculum subiret, sta, inquit ad  
fluuium, & Christi famulis transicum praebe.  
Dicitu mirum: Fluuius iter praebens, cessit viri  
imperio; quo miraculo Praeses stupore pariter  
& timore correptus, repente solutum à vincu-  
lis amicum restituit.

Sed vt ostendamus quanto vir sanctus fidei  
ardore flagarit, non erit abs re pulcherrimū  
illius facinus in Nicæno Concilio editum ex-  
plicare. Cū enim Constantini Imperatoris  
permisso & Peripatetici quidam philosophi  
Synodo interessēt, & inter eos vn<sup>o</sup> subdola ra-  
tiorcinandi arte praestantissimus, Orthodoxo-  
rum patrum argumenta eluderet, fideique vim sua  
dicendi copia euaderet, Spiridion summæ sim-  
plicitatis vir, qui nihil praeter Christum, eum-  
que Crucifixum sciebat, cū cerneret Philo-  
sophum sophismatibus se iactantem, & quasi  
parta iam de Orthodoxis Patribus pro Aria-  
nis victoria, temerè exultantem, & ore sacri-  
lego Christo proscindentem, zelo Christianae  
fidei inflammatus, vltimam cum eo disputa-  
tionem subire postulauit. Trepidabant Ortho-  
doxi, imò prohibebant, ne antiqua simplicita-  
tis vir, & Graecarum disciplinarum professor  
ignarus cum sophista cōgrederetur. Ipse autem  
intrepidè hominem compellans, exposita ver-  
bis simplicissimis fidei suae ratione: Dic, in-  
quit, an non haec ita tibi se habere videntur?  
Res admiratione digna, & miraculi plena.  
Philosophus illè repente obstupescens: Cre-  
do inquit, ita se habere: & gratijs illi actis, quòd  
vir-

*I. Corint. 2.*

*S. Spiridion  
congruitur  
et sophista.*

*Vide stupen-  
dam vim  
sermonum  
beati spiri.*



virtute verborum eius ad fidei cognitionē venisset, non modò eadem cum pio & simplici sene sentijt, sed alios etiam modis omnibus ad eandem fidei doctrinam pertraxit. Attulit ea res incredibile Orthodoxis patribus gaudiū, cum summa admiratione cōiunctum: & Ariani perfidiæ interitum, tātumque pudorem, ut hinc indè dilapsi Spiridionis congressum vehementer formidarent.

Dum hæc aguntur, domum reuersus Spiridion offendit filiam suam florenti ætate virginem, è vita hac caduca ad immortalem migrasse. Quam cū æquo animo sepulturæ mandasset, accessit matrona quædam, depositum quoddam filix traditum repetitura. Considerat illa hoc ipsum sub terra, ne fortè oculis aliorum expositum, furto pateret. Porro Spiridion horum omnium ignarus matronam ut poterat verbis solabatur. At illa flens eiulansque capillos vellebat, & miseram se tertio quoque verbo clamabat. Tum verò misericordia motus, cursim ad filix sepulchrum abiit: eamque de nomine vocans: Dic, inquit, vbi est depositum tuæ fidei à pia hac matrona cōmissum? Et illa tanquàm è molli somno suscitata, patri respondens locum designavit. Tum pater: Dormi, inquit, filia, donec communis dominus te cum omnibus communiter excitauerit.

Ut autem eius gratia & virtus Antiochenis quoque innotesceret, Constantius qui magno Constantino in Orientis imperio successerat, & Antiochiam ob expeditionem aduersus Persas parandam se cōtulerat, in morbum inci-

*Antè episcopatum obiit eius vxor, cuius hæc fuit filia.*

*Obserua stupendum miraculum.*

*Hæc Baron. Annal. Tom. 3 anno Christi 338.*

incidit, vlcere incurabili diuinitus, vt dicitur, immisso: vt à qua deflectere videbatur, fauens Eusebianis, pietatem ardentius coleret: & sollicitius custodiret. Quem quoniam modo magnus ille Spiridion ad bonam valetudinem reuocauerit, nõ erit abs re fufius explicare. Cùm igitur morbo oppressus salutem suam à medicis in dubium vocari cerneret, quod reliquum erat, ad opem diuinam supplex cõfugit. Cùmque intensius precibus incumberet, noctu secundùm quietem, angelus ei multitudinem episcoporum exhibuit; & inter eos, duos aliorum duces & præfides ei ostendit, qui morbi curationem facillè præstarent. Ea visione exhilaratus Imperator, cunctos Romani Imperij antistites per literas euocauit. Sed cum in ijs, quos per visionem agnouerat, minimè conspiceret, Spiridionem è Cypro accersit. Ille diuino spiritu cuncta edoctus, assumpto secum Triphyllio, (priuato tunc temporis adhuc viro, sed à Deo ad summi sacerdotij dignitatem destinato) in regiam venit; vili admodum indutus habitu; manu virgam ex palma tenens. Pendebat ex collo vasculum fictile: & vt verbo dicam, toto corporis habitu contempti hominis speciem præ se ferebat. Itaque regiam ingredientem quidam irridens, & indecorum esse arbitrās, tam abiecta specie virum regiam intrare, sacræ illius maxillæ impudenter sanè colaphum infregit. Tulit id non modò patienter vir sanctus, sed & alteram, prompto ad patientium animo, percussori exhibuit. Quæ res insolentem illum tanto pudore affecit, vt repente ei supplex fieret, & inconsideratè audaciz

*Constantij  
Imperatoris;  
visio.*

*Vide summā  
S. Spiridionis  
humilitatem.*

*Spiridion in  
regia malè  
habitus.*

cia veniam peteret:quam & libens concessit,  
& hominem paternè instruxit,vt ab inferenda  
iniuria sese contineret. Quo factum est vt à  
viris principibus in honore haberetur: qui eū  
summa cum reuerentia ad Imperatorem de-  
duxerunt.

Imperator verò ex excelso tribunali veniē-  
tem conspicuens,cum eundē quem in visione  
curatorē suū fore acceperat, esse cognosceret  
statim è folio profiliens, posthabito fastu re-  
gio atque splendore,demisso corporis habitu  
eum veneratus est:captansque omni humilita-  
te eius beneuolentiam,certum medicamentū  
expectabat. Nec frustratus est diutius spe sua  
& expectatione:nam simulac vir sanctus manu  
sua caput illius tetigit,fugato morbo,integrè  
conualuit. Quæ res non potuit non Imperato-  
ri & cunctis principibus ingentem adferre læ-  
titiā. Itaque tota die gaudio exultantes Spi-  
ridionem omnes mirabantur,prædicabant,ve-  
nerabantur. Constantius autem vt grati animi  
significatiōe ostenderet,immēsum auri pon-  
dus ei obtulit:quod ille cum multis fatigatus  
precibus admittere cogereetur, vniuersum in  
regia pauperibus distribuit. Monuit deindē  
Imperatorem sui officij, hortatusque est vt be-  
nignè faciendi disciplinam coleret: qui cun-  
cta se facturum promisit, atque re ipsa præsti-  
tit. Indignum verò & absurdum esse statuens,  
eos qui Regi immortalī perpetuò deseruiunt,  
Regi mortali vectigalia soluere: Sacerdotibus  
& Diaconis primus lege immunitatem decre-  
uit.

Hisce patratīs cūm è regia domum pergeret,  
obuiam

*En quanta  
cum reuerē-  
tia & hono-  
re eum exci-  
piat Impera-  
tor egrotās,*

*Eundem sā-  
nat, vir san-  
ctus.*

*Constantium  
Imperator  
Ecclesiasti-  
cos statuis  
immunes  
esse.*

obuiam ei mulier barbara & Græcæ lingue imperita procedit: quæ defunctum in vlnis ferens filiū multis lachrymis & miserando valde eiulatu proli suæ vitam à Spiridione precabatur. At Spiridion, quâquam mulieris vicem doleret, rei tamen magnitudine deterritus abnuebat. Aderat illi Artemidotus diaconus: qui pontificem blandè ac leniter compellans: Domine, inquit, quid dubitas Christum, vitæ datorem inuocare, à quo in omnibus te exauditū constar; alioqui si per te salutem obtinuit Imperator, & hæc repulsam patitur, pauperes & inglorij despectui tibi esse videbūtur. Hisce ad opem miseræ mulierculæ ferendam motus, confestim in preces incubuit, fusiſque lachrymis mox defunctus vocem in ploratum emittere cœpit. Quo beneficio tam immoderata mater perfusa est lætitia, vt præ gaudio animâ exhalaret. Sed propè aderat magn⁹ Spiridion; qui fixis in terram genibus, & vbertim fletibus faciem rigans, eam quoque pari virtute ad vitam reuocauit.

*Excitat moy  
tuum.*

*Item matrē  
eius admira  
biliter.*

*Lib. descri  
ptoribus. Ec  
clesiast. in  
Triphyl.  
Marc. 2.*

Fuit porrò hic sacer antistes ecclesiasticæ antiquitatis tenacissimus, custosque paternarum traditionum; prorsus vt nec vnus voculæ mutatione passus sit eam quauis occasione labefactari. Vndè cum aliquandò Triphylum postea Ledrensis in Cypro episcopum, virum (vt testatur Hieronymus) omnium suæ ætatis eloquentissimum in Synodo orantem audiret, & locum illum Marci Euāgelistæ citaret, Tolle grabatum tuum & ambula: & loco *καθ' ἑσθρατον* quod habet textus, dixisset *σκιμαδιον*; id est,

id est, lectum humilem : assurgens Spiridion: *s. Spiridion*  
 Tunè, inquit, melior es illo, qui τὸν χαββατον, *videt arca-*  
 dixit, ut eius verbis uti dedigneris? Quod cum *nas Triphyl-*  
 dixisset, exiit è sede sacerdotali, populo in- *lij coguatio-*  
 spectante: atque hoc modo Triphyllium elo- *nes.*  
 quentia se arroganter efferentem, ad mode-  
 stiam erudiuit: nam satis in se habuit auctori-  
 tatis ad pudorem alteri incutiendum: quippè  
 cum & veneratione dignus esset, & rerum ad-  
 mirabiliter gestarum gloria maximè nobilita-  
 tus: quin etiam cum eum & ætate anteciret &  
 dignitate sacerdotali.

Cæterùm ut innumera alia, quibus in vita  
 claruit, miracula prætermitamus; tantæ apud  
 omnes existimationis & auctoritatis fuit, licet *Hæc ex Ba-*  
 sublimiores illas Philosophorum disciplinas *ron Annal.*  
 nè extremis quidem labris gustasset, ut memo- *tom 3 fol.*  
 ratus Triphyllius, qui diu Beryti ius civile *250 quibus*  
 professus erat, admiratus viri egregiæ vitæ in- *eadem ex So-*  
 stitutionem, miraculorum virtute mirificè il- *zomeno ha-*  
 lustratam, eo licet homine agresti & custode *bet. lib. 1. C.*  
 outum, uti voluerit præceptore: magnam sibi *11 & Nice-*  
 inde gloriam comparans, quod Spiridionis di- *phor lib. 2.*  
 scipulus effectus esset. *cap. 42.*

Et hoc quidem modo vir sanctissimus pru- *Moritur fe-*  
 dentia pariter & simplicitate admirandus vi- *liciter.*  
 tam instituit, plenusque dierum & bono-  
 rum operum ad cælos migravit: ab o-  
 bicu quidem eximijs quoque co-  
 ruscans miraculis.

(.:)

CERTA

## CERTAMEN SS. MARTYRVM N. I.

Vide Tom. 5.  
Anal. C.  
Baron. &  
Notat. ad  
Martyrol.  
Rom.

14. Decēb.

¶ fūere hi  
VVandali  
Christiani:  
teste Baro-  
nio loco me-  
morato.  
VVandali  
obsident ci-  
uitatē Rhe-  
mensē.

Nicasius do-  
cet de manu  
Domini sus-  
cipienda fla-  
gella.

casij Episcopi Rhemensis & Eutropia sororis  
eius ac sociorum: Ex eo quod est apud V. P.  
Laur. Sur. Passi sunt anno Christi 407. Inno-  
centij Papa 6.

**Q**UO tempore VVandali multas vrbes  
per diuersas prouincias depopulaban-  
tur, Nicasius Rhemensis, & Anianus Au-  
relianensis Pontifices magnis prodigijs & vir-  
tutibus insignes, fortissimum sese murum im-  
pietati opponerent: populum assiduis moniti-  
bus ad preces lachrymasque & meliorem vitam fru-  
gem inuitantes: quo iustam Dei indignationem  
a suis capitibus auerteret. Sed cum illi in pec-  
catis obdurati salutaria precepta pertinaciter  
respuerent, accidit ut \* VVandali ad ipsam vs-  
que Rhemorum vrberum armis penetrarent, &  
omni regione miserrime depopulata, vltimum  
ciuibus excidium pararent. Instabat acriter  
hostis, murosque arietibus quatens, iam iam  
introitum ferociter aperuerat: cum ciues ni-  
mio terrore percussi ad sanctum Nicasium in  
orationibus prostratum confugiunt: consilium  
petentes, vtili iusne fores, seruituti gentium se  
tradere, an vsque ad mortem pro salute vrbis  
dimicare. Qui prescius, ex reuelatione diuina  
urbem penitus subuertendam, cum magna co-  
stantia respondit: Indignationem hanc iusto  
Dei iudicio nostris sceleribus prouocatam non  
ignoramus. Quapropter ad flagella diuina co-  
puncti, non inuiti aut desperantes, sed patien-  
tes & deuotissime cum summa spe salutis nos-  
træ, suscipiamus mortis periculum: quatenus  
ipsa

ipsa mors præfens, non supplicium nobis fiat, sed remedium. Ecce ego pastor pro ouib. mori paratus sum: proinde instantius pro inimicorum salute Dominum deprecemur.

Sancta quoque Eutropia germana eius, expansis in cælum manibus, plebem pro viribus ad martyrium prouocabat. Dum ergo furibundus hostium impetus irrueret, vir sanctus comitate sorore, cum hymnis & canticis spiritualibus ad ostium basilicæ S. Dei genitricis occurrit. Moxque ut ferratas acies vidit, manu silentium indicens ait: O nutibus diuinis ministra fortitudo, quare contra humanæ naturæ conditionem, victoriam vestræ dignitatis in rabie vertitis? Ecce plebs Christiana Deo suo humilis & deuota, vestris in conspectibus prostrata, remissionem peccatorum vsq; ad mortem obediens expectat. Pœnitementi & vos pro sceleribus vestris, ne forte iusta Dei indignatio, quæ per vos filijs fit ad correctionem salutis, vobis sit stipendium tartaræ damnationis. Quod si oues meas perseuerate impietate queritis trucidare, me primum pro ipsis, victimam diuinæ maiestati libate, ut pariter digni beatitudine cælesti mereamur inueniri. His dictis cum in oratione prostratus versum hunc decantaret. Adhæsit pavimento anima mea, ilico gladiatoris ictu, capite truncatus, immortalitatis sententiam adimpleuit dicens: Viuifica me secundum verbum tuum.

*Eutropia est soror hortatur ciues ad martyrium.*

*En verum pastorem, pro ouibus suis ponentem animam suam.*

*Truncatur capite S. Nicastus. Psalm 118.*

*Magna animi fortitudo S. Eutropiæ.*

Sancta verò Eutropia, videns impietatem eorum, ob corporis sui pulchritudinem, mitigatam, super interfectorem sacerdotis insiliens: Heu crudelis tyranne, ait, quid fecisti? Magni Dei

Bbb

Dei

Dei virum indignis iugulasti manibus, & me tibi abutendam referuas? Diuina te iam iamq; damnat sentētia. Quem itā ad martyrium suū prouocans, saltu repentino raptis palpebris, non foeminea virtute, sed diuina vltione oculos eius euulsi: maluitque gladios persequentium sustinere, quā delectationibus eorum assentiendo, peccare. Illic igitur sacro fuso sanguine, palmam martyrij cum germano suo, & cæteris sanctis ibidē triumphantibus à Domino promeruit.

*Eutropie & sodaliū martyrium.*

Vniuersorum autem expleta cæde sanctorū terror subitaneus omnes persecutores VVandalos inuasit: cū propter audaciam virginis & Dei vltionem quam perspiciebant: tum propter acies cælestes, quas cōtra se dimicare sentiebant: tum etiam propter horribilem sonitum, quem in ecclesia audiebant: itā vt relictis spolijs, fuga tumultuantes salutem quærent. Sicque manente ciuitate solitaria (nam fideles incursiones VVandalorum pertimescentes ad montium munitiones confugerant) sub custodia angelica martyrum ibi corpora seruabantur: itā vt in noctibus à longè cælestia conspicerentur lumina, & suauissimi soni supernarū virtutum à multis audirentur carmina. Vnde paucissimi, qui remanserant, ciues, resumptis animis, ad vrbem properarunt, arque sanctorum corpora cum hymnorum decantationibus circa ciuitatē locis congruis, summa cum reuerentia humarunt. Beatissimi verò Nicasij & sanctæ Eutropiæ reliquias in cœmiterio sancti Agricolæ solenniter sepelierunt.

*VVandali diuinitus in fugam vertuntur.*

MARTY.



## MARTYRIVM S. VALENTINI, CON-

cordij, \* Nouali & Agricola: Ex Hieronymi \* al. Naualis  
Rubei secundo libro Historiarum Rauennatum. Teste C. Ba-  
Passunt anno Christi 303. Marcelli Papa 7. ron Tom. 2.  
Dioclet & Maxim. 20. Annal.

**I**nea calamitate, quam Diocletianus Chri-  
stianis intulit Rauennæ, Valentinus cum  
Nouali & Agricola 17. Kal. Ianuar. ob Chri-  
stum acerbissimam necem subierunt. De Va-  
lentino in vita D Dalmatij Episcopi & marty-  
ris Ticinensis, in hanc sententiam legimus. Ad  
Dalmatium (cùm is esset in vrbe Alba, patre  
senatore, & occultè primùm Christianus, mox  
omnibus statim relictis, palàm Christum Deū  
prædicare & miracula edere cœpisset) Valen-  
tinus magister militum, cùm ad eius aures fa-  
ma peruenisset, Rauenna profectus, venit eum  
rogans, vt filio graui morbo laboranti, ac iam  
desperato suppetias ferret. Deū precatus Dal-  
marius Valentino renūciat, Conco dium fi-  
lium suum, qui erat Rauennæ, conuoluisse: vi-  
rumque sanctissimum, item Rauennatem, no-  
mine Antonium, eadem die obiisse. Quæ om-  
nia cùm Valentinus Rauennam regressus, vera  
comperisset, denuò ad Dalmatium rediens, v-  
nà cum filio, sacra baptismatis vnda ablutus  
est. Cœpit ab eo die Valentinus Rauennæ  
Christum profiteri, multisque ad veram eius  
religionem adductis, tandem pariter cum fi-  
lio Concordio, & Nouali, Agricolaque so-  
cijs ob Christum (vti memorauimus) necatus est.

16. Decē.

Dalmatij  
vitam que-  
re 5. Decē.S. Valentinus  
cum filio  
credu in  
Christum &  
baptizatur  
& tandem  
martyrio  
coronatur.

VITA S. GATIANI PRIMI EPISCOPI Turonensis: Ex ea qua est per S. Gregorium aequè Turonensem episcopum, Lib. 10. Histor. cap. 30.

18. Decēb.  
\*est v. (iuxta  
Baron Tom.  
2. ann. Chri  
sti Domini  
253.

Prædicat  
Christum  
elam.

Multapati-  
tur.

Obitus eim.

20. Decē.

Vide Tom. 1.  
Annal. C.  
Baron &  
Notat. ad  
Martyrol.  
Rom.

**P** R I M V S ecclesiæ Turonensis antistes Gatianus anno Imperij \* Decij 1. à Romanę Sedis Pontifice Fabiano destinatus est: qui urbem multitudine paganorum nefaria idolorum superstitione miserrimè confictante, plenam inueniens, prædicatione diuini verbi clanculùm eam primò expurgare cepit. Idololatræ namque tanta in eum rabie interdum sequiebant, vt inuentum multis iniurijs afficerent, impositisque plagis haud leuibus sanè ad mortem raptarent. Et quidem ille martyrij cupidus, vitam libenter vel miles data oportunitate pro Christo neci exposuisset: nisi eam in apertam ecclesiæ perniciem vergere prospexisset. Igitur occultè animarum saluti die nocteque inuigilans, tandem in pace post annos non paucos è vita decelsit: magno sanè cùm ecclesiæ istius detrimento: vt pote quæ annos 37. pastore deinceps caruerit.

Passionem SS. Eugenij & Macarij habet l. 1. in vita S. Artemij 20. Octob.

COMMENTARIVS RERVM GESTARUM Sancti & gloriosi Apostoli Thomæ: Ex grauissimis Rerum Indicarum Scriptoribus R. P. D. Ioanne Petro Maffeo, Bergomate, è Societate Iesu, & Reuerendiss. D. Hieronymo Osorio Lusitano, Siluensi episcopo.

**C**VM misso sancto Spiritu, Apostoli provincias instructu diuino docendæ religionis veritatisque causa sortirentur, Thomas Indiam in orbis terrarum distributione sortitus, Socotoram insulam Arabici maris fertur adijisse primum: dein, multis ibi factis Christianis, traiecisse Cranganorem. In ea ciuitate cum multos item Christo filios peperisset, Colanum petijt; neque ibi frustra disseminato Euangelio, trans iuga montium ad oram Orientalem ingenti labore contendit: multaque locis ac præsertim in Coromandelis regno, Christiana re bene gesta, perrexit in Sinas; quorum ea tēpestare celeberrimum erat nomen; ac diuini verbi sementē in ea quoque nouali facere instituit. Atque haud pœnitenda collecta fruge, templisque ad Christi cultum ædificatis, in Coromandelem ad reuifendos & confirmandos in fide neophytos redijt.

21. Decēb.

*Hæc Maffei's  
hister Indiæ  
carū, lib. 1.*

Coromandelis caput ac regia tum erat vrbs Meliapor; quam vetustate bellisque dirutam nuper Lusitani, deducta eo militum emeritorum colonia, frequentarunt, ac mutata appellatione, honoris Apostoli causa ab sancto Thoma denominarūt. In ea vrbe sacram ædem extruere aggressus Apostolus, cum a demonum sacrificiis, & ab Sagamo Rege prohiberetur, res interim insignis accidisse perhibetur ad Christi virtutem & fidem Euangelij comprobendam. Inusitatę magnitudinis truncum (vt fit) in littus eiecerat mare: quod eo tempore leucas ferè decem ab vrbe distabat. Eam Rex materiã cum in vsum ædificij cuiusdam vehemēter expeteret, robusti primùm homines incassum

*Vrbs S. Thome  
in India.*

*Præclarum  
miraculum.*

Bbb 3

funi-

funibus ergatisque amouere conati, dein adhibiti complures elephantibus, cum toto conuicti impetu nihil omnino proficerent, Apostolus Regi conditionem tulisse fertur, si truncum illum sibi ad templum vero Deo adificandum daret, nullis machinis, nullo mortalium adiutore, sese protinus ad urbem attracturum. Cum Rex, insanire videlicet hominem ratus, per ludibrium annuisset, tum diuus Thomas, zona, qua erat praecinctus, ad prominentem e caudice ramusculum annexa, signo tantum facto Crucis, immanem stipitem facili doctum sequentem, vniuersa ad spectaculum effusa ciuitate, in ipso pomario statuit: ibidemque defixa lapidea Cruce, vaticinatus est, cum ad eum lapidē usque pertingeret pelagus, tum diuino iussu ē remotissimis terris candidos homines ad eadem, quae ipse intulisset, sacra instauranda venturos. Neque sefellit praedictio. Si quidem sub Lusitanorum appulsum, oculis tot annorum accessibus locus Oceano demum allui coeptus.

*Vaticinium  
D. Thomae,  
quod hodie  
nostris tem-  
poribus im-  
pletum cer-  
tissimum.*

*Nefandum  
facinus cu-  
iusdam Bra-  
chmanae.*

Verum ab eo signo ceterisque virtutibus, cum Thomae verbis maior in dies accresceret fides, Brachmanis autem, furore & fallacis parata iam auctoritas, iam sagina deficeret, accensus rabie quidam ex ijs, foedum ac ferum facinus mali daemone instinctu concieuit. Filio admodum puero ipsemet necem intulit, ut haberet vadem peregrino & inuiso capiti crimen exitiumque constaret. Citatus ad Regem Thomas, cum accusator ab eo per summam indignationem & querimoniam poenas filij extincti repereret, contra Thomae discipuli, affinem aut omnino

con-

conscium eius culpæ magistrum negarent, nihil opus esse coniecturis & certaminibus, ait Apostolus, ab ipsomet qui occisus fideatur, omnium optimè cognosci rem posse: petit ut eius publicè interrogandi potestas fiat: nihil recusatum ab aduersario: & cunctis tam inaudita rei expectatione suspensis, cadauer in medium affertur. Tum ad exanimem puerum Thomas placido & sereno vultu conuersus: *Suscitat mortuum S. Thomas.*  
 Agedum, inquit, per Christum quem ego Deum prædico, palam & sinè ambagibus puer promequisnam huiusce rati sceleris auctor extiterit. Mirum dictu: ad Christi nomen frigido & exsanguis corpusculo vitales confestim rediere spiritus: & clara voce ut oēs exaudirent, Thomam certum summi Dei legatū & ipsius odio, adstruendam illi calumniam, nefarias à pariete sibi manus illatas esse confirmat. Hac tam illustri tamque admiranda testificatione fractus calumniator obmutuit.

Sagamus propenso iam antè ad credendum animo Christianam deindè fidem ac religionè sinè vlla dubitatione complexus est. Regem ex amicis & popularibus imitati complures. *Rex Sagamus si Christianum & multi alij.*  
 Brachmanis, quâquam detecta diuinitus fraude, & pulso in exilium parricida, pertinax tamen & cæca mansit improbitas. Cùm lætos Christianæ rei progressus, & neglecta deorum simulachra ferre non posset, facta conspiratione præconem Euangelij è medio tollere omninò constituunt. Tumulus erat non procul ab vrbe, quò Thomas identidem, è Christi disciplina, secedere propitiandi æterni Regis & sui recolligendi gratia, consueuerat: in eum

Bbb 4 locum

*Martyrio coronatur Apostolus.*

locum, tempore captato, Brachmanarum armatum cum suis similibus impetum dant: ibi Apostolus dum ad Crucem alienato ab sensibus animo, Deum pro salute hominum, & eius profertim populi deprecatur, telis primum ac lapidibus appetitus, dein ab vno è Brachmanis lancea transossus occubuit. Venerandum corpus inde sublatum à discipulis & in templo nuper ædificato conditum est. Accessit martyrij nomine & memoria causa, fragmentum hastæ, quæ inhaerens costis: & baculus praefertus, quo ille ad peregrinationes utebatur: & vna sicilis cespiti inserto, nêpè qui manentem è sacris vulneribus cruorem ebiberat. Exinde locus multis miraculis claruit, ac magnus eodem ex omni parte concursus, voti & religionis ergo fieri ceptus.

*Nota Historie veritatem.*

Hæc fermè Indi sciscitantibus Lusitanis, nõ è fama solum, sed etiam è veterum annalibus edidère: quin egregias Thomæ laudes, ac mortem pro Christi nomine fortiter obitam, pueris Malabarib. patrio carmine decantare mos est. Sunt qui cum tribus magis qui ad Christi liberatoris incunabula cum muneribus adoranda, Sybillæ Indicæ (vt ferunt) monitu, stella duce tetenderant (quo in numero Pirimal Ceilani Rex ponitur) Thomam in Oriente cõgressum: dequè immani trunco miraculum non Meliapore, sed Crāganore perpetrasse dicant: ac postremo in Calamina vrbe maclatū Regis imperio (qui Sagamo defuncto successerat) ac sacrum deindè corpus Edessam Mesopotamiæ translatum à Christianis fuisse contendunt. Vtcunquè res habeat (nam ego meam

meam interponere sententiam in tali re, tantoque locorum & temporum interuallo non aufim) satis constat, Apostolum in Coromandelio tractu Gangerici sinus palmam tulisse martyrij; nec dubium est quin ex diuini viri præceptis atque institutis, ingens hominū multitudo varijs Indiæ dispersa regionibus in hæc vsque tempora, Christi nomen fidemque tenuerit; quanquam ex Armenia Patriarchæ Nestoriani placitis, à quo episcopos paulò ante hanc memoriã accipere consueuerant, multis vitijs & erroribus inquinatam; alioquin Apostolicas cæremonias magna ex parte obeūt; altaris mysteria religiosè venerantur; eoque alyrico, decedentes è vita se muniunt. Auentus Domini & 40. dierum solenne ieiunium diligenter obseruāt; quotidianę psalmodię, & sacris insistant; & cum alia Christi Domini Sãctorumque festa ritè concelebrant, tum verò præcipuè Paschaliū feriarum octauam: quã Dominicam in Albis vocamus, quòd eo demū die, incredulus antea Sanctus Thomas, indito in Christi latus ac vulnera digito, Dominum suum ac Deum suum præclara testificatione confessus est. Alia prætereà multa ex maiorum traditione diligenter obseruant; eo maiore fidei & constantiæ laude, quod ob id ipsum non modò à Mahometanis hominibus acerbè vexantur, sed etiam ab Regulis Ethnicis in seruitutem redacti, cum alias indignitates & contumelias, tum verò sedē ac domicilia inquisi-  
tionibus redimere subindē coguntur.

Cæterum, vt ad Apostolum reuertamur, Ioannes tertius, defuncto Emmanuele, anno gratis

Bbb, 5

vige-

*Cæremonias  
ab Apostolo  
acceptas e-  
uatiã retin-  
ent Indi.*

*Maffei Hist.  
Indicarum  
lib. 1.*

*Ioannes 3.  
Lusitania  
Rex curat  
inuestigari  
S. Thomae  
Sepulchrum.*

vigesimo, acceptis regni gubernaculis, per litteras Eduardo Indiae Praetori mandavit, ut dicitur Apostoli Thomae sepulchrum in Coromandelio littore peruestigandum curaret: daretque operam uti sacrosanctae illae reliquiae (quam eandem (uti supra dictum est) vel earum certam partem Mesopotamia sibi vendicat) cum dignitate custodirentur. Eduardus Emmanuel Frias, Praeposito Coromandelicae orae, cum sacerdotibus, aliquot & architecto id negotij dat. Profecti Melioporem (nam ibi sicum Apostoli corpus audierant) aequatam solo ingentis amplitudinis urbem offendunt. Paucis tantum pyramides, turreaque & columnae, miserabili est strage supererant: nec non varij coloris lapides, ac veluti porphyretica peregre sculpta fragmenta; quae antiquum urbis ornatum & elegantiam satis arguerent.

*Vetustissimum  
templum.*

In ijs visibantur operosa magnifici cuiusdam templi vestigia: vno tantum superstiti ad Orientalem plagam sacello; crebris intus forisque lapideis Crucibus est veteri disciplina consperso. Sub eo tecto latere Apostoli ossa cum accollae pro certo affirmarent, primum omnium sarcire ipsum aedificium placuit: quod testudinis pondere pressi parietes aliquot locis vitium fecissent. Ad eos ergo fulciendos, ac renouanda fundamenta, conductis est vicino operis, dum effoditur humus, ad quintum ferme doctorem apparuit locus lapidea tabula tectus: in quam ab interiore parte incisae priscae gentis lingua (uti à peritis cognitum est) litterae testabantur, templum id ab Sancto Dei Apostolo Thoma quondam exstructum; et templo



plottendo colendoque, mercium quæ in urbem importarentur, decimam ab Sagamo Rege attributam: accesserat obtestatio ad posteros, ne quid ex eo vectigali ac donatione immiurum vellent.

Paulo infra eam tabulâ, ipsius Regis (viti ex priscorum traditione Indi affeuerabant) cadauer inuentum. Altius dein molientibus terrâ, quadratum, primò lateritiâ, postremò lapideæ structuræ septum apparuit; multiplici operimeto, pedû circiter nouè altitudinibus quod sepultû haud dubie corpus Apostoli dicebatur esse adhibiti ad amouendum operculû Lusitani duo (nâ Indis rem eiusmodi cõmittere non est visum) non nisi noxis per sacrâ confessione expiatis, & reconciliato per Eucharistiâ Deo, aggredi rē ausi, locum aperiunt. Immitta calci & arenæ candidissimâ specie ossa, & apposita lanceæ cuspis, & viatorij baculi frustum, iteque vas fictile, fidem inuenti demum sacri thesauri Lusitanis fecere. Sub hæc repertum aliud cuiusdam è Thomæ discipulis cadauer; ceterum tetro ac terreo aspectu, quemadmodum & Sagami Regis: vt, si alia argumenta defuissent, ex ipso propemodum colore dignosci Apostoli ossa potuerint. Eo maior gratulatio fuit Christianorum: & affabre factas, arte Sinarû, arculas duas, è proximo emporio Paleacate confestim afferri placuit: quarum in altera eximij operis argento cælata, ipsius Apostoli, in altera discipulorum eius reliquæ inclusæ: & commune gaudium solenni supplicatione pompaq;, & priuatis omnium qui aderant studijs celebratû est. Propositis dein

*Regis Sagami corpus vna cum S. Apostoli Thomæ inuenitur.*

*Certissima indicia inuenti corporis S. Apostoli.*

de in ipso altari arculis, adhibitoque custode, claves utriusque Emmanuel Frias Cocynum Prætori Menesio detulit. Hoc maxime modo per eos dies & sacello & religioni consulerunt.

*S. Apostoli  
Thomæ cor-  
poris Goam  
translatum.*

Biennio deinde post, eadem ossa intra ipsam aram occulto loco, duobus tantum conficijs Lusitanis, abdita; ac postremò Goam, Constantino Brugantio Prorege (qui D. Thomæ templum in ea vrbe extruebat) à fratre quodam Franciscano translata fuisse comperio.

*Lib. 3. Indi-  
carum Histor.  
Hunc Marti-  
num Alfon-  
sum, India  
prætozem  
nominatum  
quidam fuisse:  
sed non im-  
perasse scri-  
bit Maffei.  
Idem Indici  
maris præse-  
stem fuisse  
lib. II.*

*Hæc quæ sequuntur Hieronym. Osorius.*

Tempore quo Martinus Alfonsus Sousa, vir fortissimus pro Rege Ioanne tertio Indiam cum imperio obtinebat, fuerunt ad illum æneæ tabulæ delatæ in quibus erant incisæ literæ, quarum usus absoleuerat; ita ut nemo eas legere possit. Fuit tandem ab illo Iudæus accersitus multis linguis eruditus & minimè antiquitatis ignarus; qui eas tandem cum difficultate propter scripturæ antiquitatem, & linguæ parum notæ rationem (erat enim ex multis conflata) perlegit. Literæ autè nihil aliud in summa continebant, quam Regis, qui Thomæ temporibus, illis terris imperabat, donationem Thomæ factam telluris certa dimensione definitæ, in qua templum extrueret. Et quia huius divini viri mentio facta est, non alienum arbitror, hoc in loco aliud testimonium antiquitatis afferre, quod Thomæ monumentum continet.

Anno à Christo nato M. D. LXII. Pontifex Cochunensis misit ad Henricum Cardinalem testimonium publicis literis consignatū, quod  
histo-

historiam commemoratione dignam contine-  
bat. In ea ciuitate quã diximus appellari \* Ma-  
lipurem, & nunc, postquam à Lusitanis fre-  
quentari cepit, S. Thomæ ciuitas appellatur  
erat in colle facellum ædificatum, eò quod af-  
firmarent incolæ in eo loco Thomam fuisse à  
religionis hostibus interfectum. Erat autem  
hoc solènitè institutum, vt in eo facello octo  
diebus antè diem natalem Christi, res diuina  
fieret, & omnes Christiani eo conuenirent.  
Fuerat quoque antè 14. annos in illo colle in-  
uenta Crux in lapide incisa; in cuius fastigio  
columbæ imago insidebat. Basis verò erat in  
specie quadam herbarum, quæ diffundi latissi-  
mè videbantur, collocata; & tam fastigiũ quã  
basis & brachia in liliorum formam desine-  
bant. Arcus eam ex eodem lapide factus vndi-  
que muniebat. In arcu erant incisæ literæ, quas  
nemo legere poterat. Totum hoc opus inte-  
grũ, quod erat satis magnum, fuit super altare  
eiusdem facelli multorum operis statutum. In  
Cruce eminebant notæ sanguinis insignes. Ac-  
cidit autem die, quo Christiani conueniebãt,  
vt in eo fano salutationem ab Angelo factam  
sanctissimæ Virgini, 8. dies, antequam dies  
Christi natalis adueniret, celebrarent; cum sa-  
cerdos, qui rem diuinam faciebat, Euangelium  
inchoaret, vt Crux in nigrum colorè vertere-  
tur, & liquor ex illa incredibili copia dimana-  
ret: deindè color cœruleus pro nigro subiret.  
In locis autem vbi notæ sanguinis extabant,  
rosei coloris splendor eluxit. Sequentibus de-  
indè annis eodem die semper eueniebat. Nec  
enim alio die (quod magnam admirationem

\* *Maff. Ma-  
lipurem  
nunc dicitur  
ciuitas S.  
Thomæ.*

*Stupendum  
vetustæ Cru-  
cis miracu-  
lum.*

com-

cōmouebatur) id in nulla Cruce cernebatur. Fuit tamen aliquo tempore eius rei, quæ admirabilis omnibus videbatur, intermissio.

*Aliud eiusdem Crucis miraculum.*

Anno autem M. D. L. XI. cum Christiani in eundem locum cum eadem pompa & celebritate conuenirent, eo die quo Crux dum sacrificium fieret, stillare solebat, & Sacerdos Euangelium inchoaret (id enim admirandum videbatur quod nunquam prius, quam Euangelium legi cœpisset, ea Crucis mutatio fieret) Crux repētē nigris maculis, splendidis tamē inficeretur, donec tandem alijs atque alijs subuenibus, tota nigresceret. Ita verò splendebat, atque si fuisset oleo delibuta. Tū instar roris guttae defluere cœperunt; quæ paulatim grandiores effectæ, totâ Crucē humore largissimo cōpleuerūt. Peregit sacerdos cū multis lachrymis & crebro singultu sacrificiū. Deindē ascendit in altare & linteis, quibus in rebus sacris de more procurâdis uti solebat, Crucē exersit. Linea maculis sanguineis tinctâ repētē sūt. Ciuitatis præfectus, & reliqua multitudo quæ cōuenerat manus in cœlū tēdere; Christi numē implorare; flagitiorum veniam postulare; & ad studiū religionis ardentius excitari. Crux autē postquam multo liquore fluxit, clarius splendere cœpit: & color sanguineus euidentius eluxit.

Hoc signum commouit & præfectū vr̄bis & primarium sacerdotem, ut diligenter inquirerent, ecquis esset, qui literas illis interpretari posset. Aiunt incolæ, in Narsingæ regno esse Brachmanam, inter omnes Brachmanas literis & eruditione præstantem, qui varias linguas tenebat. Hominem cōtinuò accersunt, & inter-

interrogant an illas literas nosset. Respondit literas esse priscas quibus antiqui sapientes utebatur: negligentia verò hominum factum esse, ut earum cognitio interiret. Quin etiam linguam, qua erant descriptæ, à paucis admodum teneri. Admonent illi Brachmanam, ut in altare ascendat. Restitit ille, & nefarium facinus esse dixit, altare in quo res diuina fieret, humanis pedibus conculcari. Inuitus tamen subiit, & literas per legit, quarum vim eam esse dixit, ut vna nota 10. & 15. & 20. literarum officio fungeretur. Sententia verò literarum in summa hæc erat; Thomam diuinum virum fuisse à Dei filio, cuius erat discipulus, in eas oras Sagami Regis tempore missum, ut Dei summi notitia gentes illas erudiret. Ibiq̃ templum extruxisse & res admirabiles effecisse: atq; tandem cum genibus flexis ad Crucem illam affixus, orationem ad Deum funderet, à quodam Brachmana fuisse hasta trāsfixum. Crucē verò eiusdem viri sanctissimi cruore tinctam, ad memoriam virtutis illius sempiternam, relictam fuisse. Hæc erat sententia quæ literis cōtinebatur. Fecit autē maiorem fidē alius eiusdem sectæ vir aliundē accersitus, grandis admodum natu, & sapientiæ opinione præstans qui literas in eandem sententiā interpretatus est. Huius autem Crucis exemplum, in eodem ligno, ex quo templum ædificatum perhibent, insculptum, cum literis publicis multorum virorum testimonio consignatis, retineo: cuius fides tantis tūc argumentis explorata fuit: ut nemo possit de tam claris atque testatis viri diuini monumentis ambigere.

*Sententia  
literarum  
veteris il-  
lum Crucis.*

MAR-

## MARTYRIVM S. VICTORIAE: EX

Adonis Martyrologio. Coronata est anno Christi ducentesimo quinquagesimo tertio, Decij Imp. i. Sede vacante.

Teste C. Baron Tom. 2. Annal. 23. Decē.

Victoria sorori suae Anatoliae conuulsur persuadere nuptias.

Genes. 1. 8. & 9.

Matth. 4.

**Q**VO tempore Decius acri inprimis persecutione Christi Ecclesiam exagitabat, Romae Victoria eximia pulchritudine virgo fidei cerramen cum magna Christiani nominis gloria subiuit. Hæc cum Eugenio viro pagano desponsata esset, blanditijs Titi Aurelij, qui Anatoliae sororis eius ambibat nuptias, inducta ad sororem suam porrexit, carnalem copulam sedulo suafura. Neque segreter professò id virgo præstitit: Prophetas & Patriarchas in exemplum adducens, qui vinculo matrimoniali constricti fuerant. Adiecit deinde: Quam igitur & tu, o charissima soror, huic sponso coniungere, qui per maritalem copulam, Christo auxiliante, in veram Euangelij libertatem vindicari poterit. Ad hæc Anatolia, quæ virginitatis amore tota feruebat, Christi que spiritu plena de cælestibus assiduo cogitabat: Rectè tu quidè, inquit, nuptias sanctas esse & honorabiles dicis: & Deus ipse hominibus dixit: Crescite & multiplicamini, & replete terram: sed eo tempore quo vacua planè erat. At nunc cum infinita hominum sit multitudo postquam Dei filius de cælo in terram descendit, ut hominem suo scelere in exitiū & perniciem sempiternam prolapsū restauraret, clamat quotidie: Crescite in fide; multiplicamini in charitate; & replete cælos: quia appropinquauit regnum cælorum.

Inter

Inter hæc & alia pia sanctaque colloquia, tandem Anatolia intulit; Ego quo die precium ornamentorum meorum in Christi pauperes distribui, insolito quodam gaudio me delibutam sensi: & quodd omnem admirationem superat, nocte quadam secundum quierem iuvenem aureo diademate splendidum, & purpureis atque gemmatis coruscantem vestibus vidi; qui grata facie & læto vultu virginitatē vnicē mihi commendavit: hortatusque est ut omni diligentia & sollicitudine insidias hostium devitarem; esse namq; innumerabiles qui eximium & incomparabilem virginitatis thesaurum suffurari conantur.

Hiscē alijsque sororis suæ dictis factisque incitata pariter Victoria, ornamēta distraxit, & larga manu benignè faciendi disciplinam exercuit. Quæ ad aures Eugenij & Aurelij ut peruenerunt, rabie quadā mentis efferati, summa Decij Imperatoris voluntate, ad prædia sua eas abriperunt: ibidemque cum blanditijs tum minis ad libidinis consensum impellere conati sunt. Sed illæ admirandā in virginitatis proposito constantia permanentes, minas æque ac blanditias contempserunt. Accessit dira fames & inedia, quæ eas conficiebant: rati tam acri telo mentes earum expugnari posse. Sed ea omnia animos virginum mirificè confirmabant; ita ut Victoria sexaginta alias eiusdem propositi effecerit puellas: quæ hymnos & psalmos die nocteque Christo cōcinebant. Fertur etiam immanē draconem omnibus in circuitu populis vehementer infestū precibus suis interfecisse. Post quæ & alia

Ccc diui-

*Gaudium bonæ conscientie.*

*V'iso Anatolie.*

*Victoria, omnia sua largitur pauperibus.*

*Dirè vexatur Victoria & Anatolia, congregat multitudinem Virginum.*



diuinæ virtutis indicia gloriosum martyrij triumphū peregit. Eugenius namque cum omnem mutandi illius animi sp̄e penitus abscessam esse cerneret, Iuliano Capitolij pontifici & templorum Comitī persuasit, vt aliquem e suo comitatu mitteret, qui virginem crudeli internecone deleret. Datum id negocij Tallarcho carnifici; qui ausu nefario acinacem in præcordia virginis adedit: fusoque sanguine, quasi pro ludo, animam excussit. Sed non impunè. Nam fœda contagione lepræ repente infectus: sexto post die consumptus à vermibus expirauit.

*Ceditur gladio in pectore S. Victoria.*

*Percussor eius diuinitus punitur. a Teste C. Baron. Tom. 9. Annal.*

**MARTYRIVM SS. THEODVLI AC Sociorum, qui in Creta passi sunt, a anno Christi 254. s. de vacante. Decij Imp. anno 2. Ex eo quod est apud S. Metaphrasten.**

23. Decē.

**D**ECIVS Imperator qui magno furore percitus & ad Christianum nomen penitus delendum fuit violentissimus, ad Cretam insulam Proconsulem quendam, Decium similiter nomine, & pari crudelitate insignem destinavit: vt omnes Christianæ fidei & religionis professores quibuslibet supplicij exagitaret. Præstitit ille immanem profecto sese tyrannum, & inter alios, decem viros genere pariter & virtute præstantes ad quæstiones euocauit. Vinciti & graui pondere ferri onerati antè tribunal sterere; sermone vel factis nequaquam obscuro: prorsus vt furientis Proconsulis iram sua constantia vehementius accenderent.

*Decem præstantes viri comprehenduntur.*

Nec mora: à verbis ad supplicia ventum est. *Cæsi;*



Cæsi; torti; per terram tracti; lapidibus appetiti; irrisi; consputati; & omni denique subfannationis genere affecti sunt. Sed hisce utpotè leuioribus certaminib<sup>9</sup> egregiè superatis, postremò dies 10. Kalend. Ianuarias est præstitutus, ut omnè tormentorum vim inuicti Christi athletæ subirent. Feruebat animis utraq; pars. Hi quidem gaudio & alacritate incredibili; ille verò furore & amentia. Et ille quidem ad mortem vsque puniendam propensus: hi verò addemum vsque spiritum sustinere parati trorsistebant. Hærebat animo Proconsul vnde potissimum initium faceret, cum cernebat martyres tanta alacritate certamen expetere. Tandem stupore pariter & furore plenus, An, inquit, tormenta hæc non formidatis? Sacrificate, & imminentem suppliciorum tempestatem redimite. Cui martyres: Iam dictis factisque abundè satis testati sumus, nos neque dijs sacrificare, neque tormèta expauescere. Nã ut de cæteris taceamus, vester ille Iupiter, cui primos honores decernitis, an obscurum est, quam scelestus & nefarius fuerit? Nam in Creta oriundus, itemque sepultus, manifesta & tyrannidis suæ & libidinis nobis reliquit monumèta. Adèd namque intemperans atque ad libidinem procliuis fuit, ut non solum in scæminas, sed in ipsos etiam masculos (prò scelus) insaniret: præstigijs verò & malis artib. in varias idètidem se formas transmurtabat, quò liberius per omnia libidinù genera vagaretur. Quidam verò, cū ijsdem contaminari vitijs, in omnè similiter libidinis œstrum sese effundere gauderèt, quò id tutius & sinè frôte liceret,

CCC 2 homin

*Multis ex-  
cruciantur  
modis.*

*Tous libida  
immanis.*

*Jupiter unde dei nomen sit consecutus.*

hominem illum nefarium & omnis intemperantia auctorem Deum pronunciarunt: ei que fana extruxerunt; hodieque etiamnum sacrificant, ut quod eis placet, Deo quoque placere videatur: sicque non solum Deo non inuisum, sed etiam diuinum existimetur, quouis libidinis genere foede se atque nefarie cotaminare.

*Sancti martyres dire cruciantur.*

Hæc sacro illo martyrum choro explicante, plebs præcipiti furore agitata imperum in eos fecit: ægreque ab ipso Proconsule prohibita, manus à cæde continuit. Plebis verò dementia sedata, ipse Decius furoris sui instrumenta protulit; & alius quidem ex ipsis, suspensus ferreis lacerabatur vngulis; alij lapidibus & acutis sudibus sauciabantur; alij plumbæ casti conterebantur; alij denique alijs atque alijs supplicijs tetro sanè atque horrendo spectaculo excarnificabantur. Uigebat lictores Proconsulis; sauebant illi; clamabat populus: Tollite maleficos, truncate deorum contemptores. Martyres verò in tanta rerum asperitate cunctis hostibus, turba; lictoribus: Præside; & ipso denique principe Satana superiores, omnes veluti signo dato, vocem simul extollabant: Sumus Christiani; Christi hostiæ; Christi victimæ etiam si millies mori oporteat, libenter moriemur.

*Illorum stupenda fortitudo.*

*Præclava martyrum vox.*

Tum vero Decius abiecta victoriæ spe, capitis in eos sententiam protulit. Nec mora rapti à lictoribus ad certaminis locum, qui ab incolis Alonium vocabatur, ipsi inter se, qui ad eam usque horam concordés fuerant, piam quandam suscipiebant contetionem. Omnes enim in sanguinis effusione primi esse volebant; ver-

*Alij alios ad mortem anseuertere coguntur.*

veriti ne qua forte occasione glorioso illo triumpho postremi fraudarentur. Itaque dum preces fundunt, & certatim sacras suas ceruices gladijs obijciunt, omnes tandem incluta martyrij corona insigniti ad caelos migrarunt.

MARTYRIVM S. GREGORII SPOLETANI, Presbyteri: Ex eo quod extat apud V. P. Laurent. Sur. Passus est anno Christi 303. Martij celli Papa 7. Diocletiani & Maximiani 20.

Vide Tom. 2. Annae C. Bayon. & Notat. Martyr. Rom.

DIOCLETIANVS & Maximianus Imperatores cum in idolorum cultu statuendo confirmandoque vehementer laborarent, tum Flacco cuidam viro impijssimo, & crudelitate insigni, in mandatis dedere, vt prouincias peragrando idola erigeret, & cultum eorum omni diligentia instauraret. Is ciuitatem Spoletanam ingressus, cum diligentibus per Tircanum quendam, inuestigatione de ciuium religione & moribus habita, Gregorium inter omnes fidei & pietatis amore in Deum flagrantem, & miraculis clarum sana & simulachra demolientem intelligeret, rabie protinus incredibili exardescens, milites quadraginta ad Gregorium destinauit; qui vinculum eum ad se perducerent. Adductum Flaccus cum Tircano in tribunali sedens ita affatus est; Tunc es ille Gregorius, deorum & principum contemptor? Cui Gregorius; Ego, vt verum fatear, ab infantia Deo meo seruiui, qui hominem ex limo terrae ad imaginem & similitudinem suam facere dignatus est; ipse est Deus fortis; qui vnicuique reddet iuxta opera sua.

24. Decē. Cultum demonum mirè seruet sub Diocletiano.

Gregorij eximia pietas & zelus pro fide Christiana.

Capitur, & sistitur ad tribunal. Genes. 1. Romon 2. Apocal 22.

Ccc 3 Flac-

*Maxille eius  
verberatur.*

*Nodosi fu-  
sibus cediunt.*

*In craticula  
assatur.*

*Terræmotus  
multos pa-  
ganos oppri-  
mit.*

*Angelus eñ  
consolatur  
in carcere.*

*Lampadibus  
aduritur.*

*Caput ei  
amputatur.*

Flaccus verò, omiſſis, inquit, verborum am-  
bagibus præcipio vt ſacrifices, niſi pœnas tibi  
duriffimas cumulare velis. Gregorio autem  
abnuente, & nefarium ſcelus conſtanter exe-  
crante, Flaccus tormenta proferri, & maxillas  
martyris, tanquam in deos blaſphemi contu-  
di iuſſit, Illo autem pari conſtantia arque vir-  
tute deorum vanitatem arguente, nodofi fuſtes  
allati fuere; quibus & dorſum eius & ventrem  
acerrimè verberarunt: ac penitus diſſiparunt.  
Indè manibus pedibusque crudeliſſimè vir-  
ctum, in craticulam, igne ſuppoſito, iniecerunt,  
Illo verò ad Chriſtum preces fundente, diui-  
numque numen in ſui adiutorium vocante, re-  
pentè horribilis extitit terræmotus: qui ino-  
pinata ruina quadringentos quinquaginta pa-  
ganos oppreſſit. Territus ea calamitate Flac-  
cus fuga ſe indè celeriter proripuit: relictum-  
que martyrem Tircanus ferro conſtrictum in  
carcerem recluſit.

Eadem illa nocte angelus Domini athletam  
inuiſit, diſſipatiſque tenebris, & vinculis con-  
fractis, pacem illi & conſtantiam precatus eſt.  
Inſequenti luce rurfus ad certamen produ-  
ctus martyr, admotis ad latera lampadibus  
toto penè corpore aduſtus fuit: ſed nihil ea  
inuiſtam illius virtutem infringere potuero  
ſupplicia: proſus vt Flaccus igne furoris totus  
exaſtuans, moræque impatiens capite eum ple-  
cti iuberet. Raptatus itaque in medium am-  
phiteatrum, & ab Aquilino ſpathario capite  
truncatus, è corporis ergaſtulo ad cælos migra-  
uit. Porrò Tircanus, vt nouam aliquam apud  
Flaccum iniret gratiã, horribiles ſeras dimitti  
iuſſit,

iussit, qui sacrū martyris corpus deuorarent: At illæ Flacco Tircanoque humaniores, omni feritate posita, corpus lambere; dimisso capite venerari; rugitus edere; multisque signis & indicijs tyrannorum rabiem detestari. Quo visō populus voce magna exclamauit; Verè magnus est Deus Christianorum: multi que sua nomina Christo dedere. Flaccus verò animo & corpore æger, diuina urgente iustitia, præcordia euomens expirauit. Sacrū autem martyris corpus Abundantia insigni pietate ac religione matrona, triginta quinque aureis à Tircano redemptum, preciosis conditum aromatis, balsamo quoque & nardo, iuxta pontem lapideum & riuum, qui Sanguinarium appellatur, propè muros ciuitatis nono Kalend. Ianuarij cum hymnis & canticis sepeliuit. Hoc verò tempore sanctissimi huius martyris reliquias religiosè colit ac seruat Ecclesia metropolitana Coloniensis summo in templo, collocatas super tumbam trium Regum: cum quibus eò sunt olim simul adductæ.

*Fere eius corpus uenerantur.*

*Multi credunt in Christum.*

*Abundantia egregia matrona corpus eius sepelit.*

*Postea Coloniæ Agrippinæ manserat.*

*Ex Concio 3. de Natali Domini.*

DE SACROSANCTA SOLENNITATE Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi: Ex R. P. Lodouico Iranatensi.

QUANQUAM multa sint, fratres Charissimi, quæ in hodiernæ solennitatis mysterijs admiranda sese nobis offerant: in his tamè ineffabilis nati Saluatoris nostri supereminet humilitas. Mira siquidè sunt signa hæc, quæ pastoribus cælestis nuntius ad paruulū Iesum inueniendum proposuit; p̄anis quippè inuolutū, & positū in præsepio. Ad quidnā sibi vult hæc tā

25. Decē.  
*Admiranda Christi humilitas.*  
*Lucæ 2.*

dissimilium rerum cōiunctio? Parum namque signa hęc tanti Saluatoris dignitati convenire videntur, siue diuinam in eo maiestatem, siue regiam potestatem spectare velis. Quomodo enim pannis inuolutum narras, qui per Prophetam dicit se esse amictum lumine sicut vestimento? Quomodo in præsepio positum denuncias, qui apud Isaiam dicit: *Celum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum?* Et quidem hęc humano iudicio superna illa maiestate indigna esse videntur: verum si paulisper oculos ab hoc diuinæ maiestatis splendore deflectentes, causam propter quam Dominus hanc humilitatis speciem suscepit, propius contemplerur, inueniemus planè nullo convenientiori habitu eum ad nos venire potuisse. Ex finis enim natura, rationem & convenientiam eorum quæ ad finem consequendum destinata sunt, iudicare solemus. Nemo enim Regem purpura atque auro indui solitum reprehendit, si cum venatum pergat, rusticano habitu induatur: quandoquidem venatoribus hic amictus convenientior, quam regius est. Quocirca huius Dominici natalis scopum atque finem paulo diligentius perquiramus. Quid tibi, bone Iesu, cum hoc inferiori mundo? quis tibi tam longinquæ peregrinationis finis extitit? Nimirum (vt innumera alia bona præteream) ad hoc venisti, vt tanquam verus generis humani medicus vulnera nostra sanares. Et quamuis multi essent ac varij morbi: quibus genus humanum infestabatur, vno tamen grauissimo morbo potissimum laborabat: nempe tumore

super-

Psal. 103.

Isaiæ 66.

Simile.

Quid Christi  
fuit in mun-  
dum venerit.

superbiæ: quo curando nulla certè potuit excogitari medicina salubrior.

Nam quia generis nostri parens superbia elatus, è summo dignitatis fastigio corruit, hùc ipsum morbum velut hæreditario iure ad posterios transmisit; quo factum est, vt inter omnes omnium hominum cupiditates vehemētissima sit honoris cupiditas: propter quem infinitis se periculis & laboribus obijciunt: nullamque facinus tætrum & immane recusant, modò per illud viam sibi ad inanes seculi honores & gloriam sternant. Cùm autem varia sint morbi huius medicamēta, primum inter ea locum humilitatis exempla obtinent: illa præcipuè quæ clarissimorum ac summorum hominū sunt. Si hoc igitur ita est, quod quæso aliud vel efficacius vel illustrius exemplū mundo exhiberi potuit, quàm stupenda Dominicæ Natiuitatis humilitas? Neque enim aded mirum est, si vel Reges, vel Imperatores vel Pontifices Maximi sese ad ima demittant: cum omnes ex nihilo creati, ad nihilum naturæ lege ferantur. Verùm illud superat omnem admirationem, quod altissimus rerum omnium conditor, qui (vt Ioannes ait) habet in veste & femore suo scriptum, *Rex a Regum & Dominus a* Apoc. 19. *Dominantium; qui b lucem habitat inaccessibilem; qui b i Tim 6. sedit super c Cherubim; qui d ambulat super pennas ventorum: quem laudant astra matutina; ad cuius* c Psalm. 79. *d 103.* *conspæctum terra magnis fragoribus quassata contremiscit; ad cuius nutum columnæ cæli pauent: cui denique cætera omnia comparata, quamlibet maxima sint, nihil sunt, ille in quâ, rerum omnium Dominus, tot se gradibus ad*  
Ccc 5 infi-

*Quàm inclinatur homo ad ambitionem.*

infimum vsque mundi locū deiecerit. Primum siquidem ad iumentorum se demisit stabulum: deindē ad crucis supplicium: mox (ac si mortis debitor esset) ad tumulum: ac postremō ad inferorum vsque locum descendit. Quo certē exemplo nullum vel maius, vel illustrius ad humilitatis commendationem fingi potuit. Denique quisquis vitam eius ab incunabilis ad crucem vsq; fuerit cōtemplatus inueniet plene omnia Christi tum dicta tum facta, humilitatem spirare, humilitatem commendare, humilitatem humanis mentibus infingere. Quem admodum enim qui munitissimā arcem summa vi expugnare contendunt, dju noctuq; muros arietibus omniq; tormentorū genere quatunt, ita hic cælestis Imperator ab ipsis incunabilis, ad extremum vsque vitæ actū, tot humilitatis documentis & exemplis, quasi arietibus quibusdam, superbiam nostram oppugnare non destitit. Hinc D. Gregorius: *ad hoc, inquit, Unigenitus Dei formam humilitatis nostræ suscepit; ad hoc inuisibilis, non solum visibilis, sed etiam despectum apparuit; ad hoc contumeliarum ludibria, irrisionum opprobria, passionum tormenta tolerauit: ut superbium hominem doceret humilis Deus.* Quis igitur hoc exemplo non superbiæ tumorem deponat, non ceruices deprimat, non sanctæ humilitatis iugo colla submittat? Cū Dauid (propter admissum scelus in Vriam) diuina purgente vindicta à facie Absolonis profugus in desertū fugeret, & stens nudis pedibus, operto capite, per cliuum montis Oliuarum adscenderet, familia omnis, quæ illum sequebatur, operto similiter capite adscendebat plorans. Si igitur Rege sic gradiente,

*Modis omnibus nos Christus humilitatem docuit.*

*Simile.*

2. Reg. 11.  
c. 15.



diente, quisquam è familia eius phalerato e-  
 quo veheretur, an non merito in magnum su-  
 perbiae atque immodestiae crimen incideret?  
 Si ergò Angelorum & hominum Rex, non qui-  
 dem propter sua, sed propter nostra omnium  
 scelera adeò se ad ima deiecit, vt (quemadmo-  
 dum Isaias ait) nouissimus virorum reputaretur,  
 quomodo vilis homuncio & omni vitio-  
 rum genere coopertus apponit magnificare se  
 super terram, & ambulare in magnis & mira-  
 bilibus super se? Itaque si medicamenti huius  
 virtutem spectes, nullum certè huic morbo ef-  
 ficacius potuit adhiberi. Cuius rei præscius  
 idem Propheta, Saluatoris aduentum vehe-  
 mentissime desiderans: *Vinam, inquit, disrumpe-  
 res caelos, & descenderes: à facie tua montes defluerent.*  
 Montium autem nomine superbos & elatos  
 homines designauit: quos huius tam stupendæ  
 humilitatis exemplo humiliandos præuide-  
 bat.

Esaiæ 53.

Esaiæ 64.

Habemus ergo hodie fratres, in nato salua-  
 tore summum humilitatis & paupertatis, i-  
 mò & totius Euangelicæ perfectionis exem-  
 plum. Discamus itaque hinc humilitatem: discamus  
 mansuetudinem: discamus charitatem: discamus  
 patientiam: discamus labores amplecti: delicias  
 aspernari: ac denique discamus omnia, quæ in hoc  
 mundo bona putantur contemnere: cum sic ea videamus à  
 summo orbis Domino despici atque contemni.

MARTY-

MARTYRIVM S. ANASTASIAE: PV-  
 blij viri clarissimi, sed Gentilis & sceleratissimi  
 conjugis, quam tamen virginem permansisse,  
 ex eius prima epistola ad Chryfogonum quo-  
 dammodo colligi potest: Itemq; Theodota &  
 trium filiorū eius. Ex eo quod est apud S. Ma-  
 taphrasen. Coronata sunt anno Christi 303.  
 Marcelli Papæ 7. Diocletian. & Maximian.  
 Imp. 20.

Vide Tom.  
 2. Annal. C.  
 Baron. &  
 Not. Mar-  
 tyr. Roman.

25. Decē.

Patria &  
 p̄v̄etes eius.  
 \* vi patet ex  
 1 ep̄stola ad  
 Chryfogonū.

A Chryfoga-  
 no docetur  
 fidem Chri-  
 stianam.  
 Iungitur in-  
 vita Publio.

In vili habi-  
 tu adit car-  
 ceres & mi-  
 nistrat san-  
 ctis.

Martius eam  
 affligit.

ANASTASIA nobilissima Romana: vr-  
 bis foemina, viri cuiusdam Prætextati  
 sed ethnici,\* Christianæ tamen matris  
 filia, generis splendore & corporis pulchritu-  
 dine, animæ nobilitate & morum honestate  
 nulli prorsus secunda, cum ab infantia Chri-  
 sti cognitione fideiq; mysterijs à Chryfogono  
 exactè esset imbuta, hac vna in re meritò infeli-  
 x reputari poterat, quòd à patre, invita pla-  
 nè, viro Gētili & Christianæ religionis infen-  
 sissimo hosti, Publio nomine, matrimonij via-  
 culo copulata fuerit. Horrebat illa viri con-  
 suetudinem; eoq; in rerum publicarum ad-  
 ministratione occupato vili induta habitu, v-  
 nica comitante ancilla, carceres obibat: custo-  
 dibusq; pecunia delinitis, martyrum curabat  
 corpora: lauabat pedes: comam expurgabat;  
 pilos tondebat; vulnera mundabat: nullumq;  
 officij & charitatis genus omittens, Christi  
 confessores, qua poterat reuerentia tractabat,  
 palcebat, fouebatq;e. Hæc cum Publium late-  
 re non possent, qua erat in omnes Christianos  
 crudelitate, ipsam quoque coniugem domesti-  
 co diu multumq; carcere afflictauit; & pro-  
 fectu-

fecturus ad Persas, sub custodia in vinculis dereliquit; de ea supplicium post reditum sumpturus. Sed diuina prouidentia, in ipso itinere morbo confectus interiit: & Anastasia vinculis soluta, libertatiq̄ue restituta, pristina pietatis officia resumpsit: seseq̄; totam cum bonis, quæ relicta fuerant, Christianorum præcipuè confessorum ac martyrum vlui atque obsequio mancipauit.

Interea cum Diocletianus odio Christiani nominis vehementer incensus, multa de sanctissimi viri Chrysogoni virtutib. inaudisset, hominem suo confestim tribunali fitti, & in Christi confessione constantem capite plecti iussit. Eadem illa persecutione tres quoque eximia pietate sorores, Agape, Chionia & Irene in Christi confessione constantes glorioso certamine martyrium subièrunt: quorum omniū reliquias S. Anastasia, martyrū cum primis studiofissima, preciosis vnguentis conditas honorifice composuit. Et hæc quidem Aquileiæ; vbi tunc Anastasia, relicta Vrbe, Christi confessoribus martyribusq̄ue suam nauabat operam.

Fuit quoque eodem tēpore Theodota Christianæ religionis apud Diocletianum accusata: matrona cum corporis animiq̄ue dotib. ornatissima, tum religione & fide in Deum sanè præstantissima. Erat ex Bithyniæ ciuitate Nicea oriunda, & inquilina cū Anastasia & trib. liberis in Macedonia, paria pietatis suæ & religionis documenta præbebat. Cū autem ante Imperatoris tribunal consisteret, Leucadius quidam admiranda illius pulchritudine captus, eam sibi ab Imperatore poposcit coniugē:

*Maritus ei  
moriatur.*

*S Chrysogono  
capite  
caeditur.*

*Harum sororum  
martyrium  
quere  
1 April. To-  
mo 2.*

*Theodota  
martyr.  
Eius patria.*

indi-

indignum asserens tanta tamque eximia venustate foeminam ad exitium rapi. Diocletianus haud grauatè Leucadij postulato annuoratus illius blanditijs facilè eam à Christi confessione ad deorum cultum perducendam. Igitur Leucadius gaudio exultans domum suam Theodoram abduxit: nihil non moliens ut eam suæ impietatis participem faceret. At illa cernens hominem nullum non mouere lapidem. Si, inquit, propter opes & pecunias me tibi coniugem postulas, eccè tibi cedo omnibus solo Christo Deo meo contenta. Sin ut amplèxibus fruaris, oleum sanè & & operam perdis: cum ego neque ferro, neque igne, neq; vllis deniq; supplicijs à Christi amore auellenda sim.

*Immutabilis eius constantia.*

*Angusti sunt carceres propter multitudinē Christianorū captiuorum.*

Intereà Diocletianus audiens tantā esse captiuorum multitudinem, qui pro Christiana religione in vinculis tenebantur, ut carceres quanquam amplissimi eorum minimè capaces essent, præcepit, ut innumerabilis multitudo, quouis supplicij genere, è medio tolleretur: locusque carceribus daretur. Fuit illic in omnes atrociter sæuitum: ita ut in sequenti luce Anastasia solita pietatis officia martyribus exhibitura veniens, carceres planè vacuos inueniret. Tum verò animo penè deficiens, fudit lachrymas, & concaua ergastuli loca foemineo complens eiulatu, martyrum agones deplorabat. Accurrunt quidam è custodibus relicti, eamque flentem & eiulantē ad Forum Illyrici Præfectum perducunt. Is quanquā puniendæ illius constantiæ, qua in confessione utebatur, magno ardore teneretur, tamen quia fas nō esse sciebat illustri genere foeminā supplicijs

*S. Anastasia denuò comprehēditur.*

cijs subdere, eam ad Imperatorem transmisse. Ille verò de facultatibus eius magis quàm de honore deorum suorum sollicitus: Vbi, inquit, aurum, vbi sunt opes, quas à patre tuo viro clarissimo & summo deorum amico accepisti? Cui Anastasia: Si adhuc reliquum mihi foret auri, quo Christi seruis subuenirem, non utique me tibi tradidissem. Nunc autem quia omnia, ut oportuit, erogata sunt: quod mihi reliquum est, ipsum quoque corpus Christo meo offerre volui.

*Constantissime respondet Diocletiano.*

His auditis Imperator, veritus ne tantę prudentię, constantięque femineę succumberet, eam Præfecto examinandam tradidit: qui post blanditias minasque frustra adhibitas, eam ad Vlpianum Capitolij Pontificem adduxit: ut aestu suo, quo plurimum valere putabatur, eam in fraudem impietatis impelleret. Adhibuit ille cuncta quę potuit patris sui satanę instrumenta; opes; diuitias; honores; vestium ornatu; gemmarum splendorem: lectos argento incrustatos, & stragulis elegantibus adornatos: ceteraque id genus stultorum ludibria: quin etiam contraria contrarijs opponens, enses micantes: vincula maleficiorum: flagella: lapides, lebetes æneos: sartagine: vngulas: aliaque aspectu sanè horribilia: quo vel sic terrorem incuteret vel reb. lætis & externo homini gratissimis constantem animi eius virtutem emolliret. Cùmque singulari animi magnitudine pia matrona cuncta despiceret, Vlpianus virtutem admiratus, in tertium diem causam discutiendam distulit. Illa verò morę, propter martyrij desiderium, impatiens: iam inquit, existima hos tres dies elapsos

*Vlpianus Capitolij pontifex, nititur eam euertere.*

*Non patitur differri martyrium suum.*

elapfos esse. Nam eadem, quę nunc, animi tunc erit sententia.

*Triduana  
eius inedia.*

Sperans nihilominus Pontifex tempore tam virtutem cessuram, tradidit eam mulieribus gentilibus, vt eam effœminato sermone blandirijsque emollirent. At illa toto illo tempore cibi omnis potũque expers, inter inanes mulierum strepitus, Christi opem implorabat assiduò, vnico tantum studio sollicita, ne desiderata martyrij gloria fraudaretur. Die verò tertio Vlpianus vt audiuit immotum eius animum, in aulam furore & amentia plenus insiliens, cum in eam manus iniicere nefarias, & aliquid inhonestum prophanis dijs dignũ gerere conaretur, diuinitus oculorum luce orbatus & acri insuper dolore cruciatus in tenebris miser palpitare cœpit. Nec multo posterioribus dolorum telis confixus, pollutã dijs suis animam tradidit.

*Pontifex fit  
cecus & vitam  
amittit.*

Exindẽ Anastasia libertatem consecuta, protinus ad Theodotam abiit; quã suis colloquijs monitijsque egregiẽ confirmauit. Paucis verò post diebus Comes Leucadius ex Bithynia reuersus, vt vidit Anastasiam Theodorę adherentem, atque pijs sermonibus ad certamen pro Christo subeundum hortantem, haud mediocri percitus furore, Anastasiam quidem statim iudiciario tribunali vinctam obculit: Theodotam verò Proconsuli Bithyniæ ocys transmisit. Qui tentata primum per blanditias matronę voluntate, cum in vanum se verba facere animaduerteteret, tyrannus vnum è filijs Euodium nomine accipiens, antè matris oculos virgis crudeliter cadi mandauit. Quod videns

*S. Theodota  
mittitur captiua in  
Bithyniam.*

videns generosa mater: Quin tu, inquit, nate, fortiter has plagas pro Christo perferto: Hæc enim supplicia sempiternos tibi honores & immarcescibilem æternæ vitæ coronam cõciliabunt. Sta viriliter nate, nè succumbas. Aderit citò ipse Dominus Christus Iesus, qui suavissima consolatione omnem lachrymam ab oculis absterget.

*Euodius  
Theodotæ  
filium acriter  
ceditur.  
S. Theodota  
egregiè con-  
fortat filium  
suum.*

His Proconsul animo vel maximè incensus maligni dæmonis suggestiõne improbum capit consilium. Viro enim petulanti & œstro libidinis insanienti castissimam matronam tradidit illudendam. Erat ei nomen Hyrtacus: qui simulac manum in eam iniicere tentavit, ab angelo Dei aded graviter cæsus est, vt profluente è naribus cruore, tota facie liuidus recederet. Vndè magis conturbatus Proconsul eam vnà cum filijs ignis incendio condemnauit. Itaq; ardentem cum trib. liberis ingressa fornacem, læti omnes & alacres suas Christo animas reddiderunt.

*Vltio diuina  
in virum li-  
bidinosum.  
S. Theodota  
cum tribus  
filijs in for-  
nace reddidit  
spiritum.*

Porro Anastasia in vinculis tenebatur apud Præfectum Illyrici: qui cum tota mentis auiditate opibus illius inhiaret, fraudulenter accedens: Quandoquidem, inquit, Christus tuus præcepit diuitiarum contemptum: cede mihi pecunijs, & possessionibus cunctisque facultatibus: quò deinceps liberè Deo tuo seruire valeas. Ad ea Christi famula respõdens: Sed enim (inquit) ò Iudex alicubi dictum est in Euangelij à meo Christo: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis sic thesaurum in cælis. Itanè ergo, tibi homini diuiti & opulento pauperum facultates tradam? Commotus ira

*Matth. 19.*

D d d Præ-

Præfectus, eâ cū alijs numero 120. in profundâ  
maris submergi iubet. Eo verò mortis discrimine  
B. Theodotę adiutorio mirabiliter eruas,  
tertio post die præsidis mandato trib. fuit alligata  
palis; sicque consummanda, igne undique  
circūdāta: quæ quidem in medijs flammis eam  
continua inedia cruciandam in vincula protrusit:  
vbi postquam dies sexaginta, omni licet alimento  
destituta securè & sanè exegisset, indignans  
& fremens, tyrannus eandem placidè Christo  
spiritum commendans, mente hilarè vita excessit.  
Sacrum eius corpus Appollonia claro genere  
matrona, domi suæ reuerenter condidit, atque  
in horto honorificè sepeliuit, inclytis admodum  
postea glorificatum miraculis.

*S. Anastasia  
victrix mi-  
grat ad Do-  
minum.*

## VITA ET MARTYRIVM S. EVGENIAE

*Vide Tom. 2  
Annal. C.  
Baron. &  
Notat. ad  
Martyrol.  
Rom.*

*nia virginis Romana nobilissima: Philippi  
Patris eius, Prothi & Hyacimbi Eunuchorum.  
Ex eo quod est apud Metaphrasten. Passa sunt  
anno Christi 262. Dionys. Papæ 2. Valeria. &  
Gall. Imp. 8.*

*25. Decēb.  
Patria &  
parētes eius.*

**B**EATA Eugenia, animo vti generosa, sic  
specie & pulchritudine admodum in-  
clytā, parentibus Romanis orta est, nara-  
lium splendore quidem illustrissimis: ac cul-  
tui idolorum plurimū deditis; patre nimirum  
Philippo: matre verò Claudia. Erant  
autem ei fratres germani Auita & Sergius.  
Porrò pater eius ob meritorum claritudinem  
ab Imperatore Commodo eximia dignitate  
sublimatus, Præfectura videlicet totius Aegy-  
pti,

*Philippus  
pater eius  
exaltatur ab  
Imperatore.*



pti, assumpta secum omni familia: in vrbe Alexandrina sedem fixit. Et quidem rerum gubernacula prudenter administrans, ludæos & magos vt pessimum hominum genus vehementer exagitabat; Christianis autem ob perfectam vitæ philosophiam parcens: concedebat eis habitare & conuersari in suburbij. Sed enim cum esset eruditionis & eloquentiæ amantissimus, Eugeniã filiam suam omnibus liberalibus artibus, plenè erudiri & tam Latino quàm Græco eloquio egregiè instrui curauit. Illa verò vt erat acerrimi ingenij & memoriæ admodum tenacis, quicquid audiendo semel vel legendo poterat arripere: perpetuò retinebat.

*Beneuolus in Christianos.*

*Eugeniæ filie eius inliseris progressus.*

Fama igitur meritorum eius longè lateque sese diffundente, iuuenes sanè complures opibus & genere clarissimi eius ambiebant nuptias; demùm verò \* Aquilino Consuli apud Romanos nobilissimo à parentibus desponsata fuit. At illa quiduis potius pati parata, quàm castæ virginitatis dispendium: pia quadam fraude vtrosque decepit. Venit ei autè quandoq; in manus B. Pauli Apostoli Epistolarum liber; què cum attentissima mète perlegeret, fuit ilicò diuinitus illuminata: ac Christo occultè credidit. Igitur animo iam reddita Christiana, secum pertractans qua ratiõe impietatis vinculis facilius sese expediret, rogat parentes vt recreandi gratia permitteretur prædia sua in suburbano Alexandriæ posita circuire & perlustrare. Quo impetrato, assumptis secum Eunuchis \* Protho & Hyacintho, eis

*Despondeatur Eugeniæ à Aquilino Consuli.*  
\* Aquilino & Acilio.

*Quo pacto ad Christum conuersa.*

*En prouidit eum consiliis.*

\* Protho.

Ddd 2 (quod

*Prothum & Hyacinthū suos ad Christi fidem convertit.*

*Mutatis habitu & nomine baptizatur cū eunuchis & fit monacha.*

*Mirè proficit in pietate*

*Cogitur praesse fratribus.*

*Parentes plurimum dolent filiae amissionem.*

*Optimè praestitit suis Eugenia.*

(quod essent omni disciplinarum genere egregiè imbuti) nullo penè negotio ad fidem Christi conuersis, animi sui conceptum manifestauit. Itaque clam ab eis attonsa ac virili habitu induta, protinus relicto cautè comitatu, ad monasterium monachorū quod erat non procul à ciuitate simul properant: virumque se simulans ac Eugenium nūcupans vna cum Protho & Hyacintho in fratrum societatem sercipi postulant. Quam Helenus Episcopus Heliopeleos, diuino oraculo edoctus, cum feminam sciret, praeclearè de virili animo commendauit, ac sacro fonte cum socijs expiatam, in numerum monachorum coaptauit.

Illa igitur vocationem suam iugiter attendens, virtutum incrementis strenuè inuigilabat: in diuinis scripturis meditās die ac nocte. Quo factum est, vt biennij spatio vitæ integritate omnes ibidem longè superaret; tenera, inquam, virgo viros: ac B. Abbate nō multo post vita functo, in regimine succedere communi fratrum suffragio coacta fuerit. Parentibus interim eius ob dilectissimæ filiae amissionem, in continuo penè luctu degentibus. Gentilium verò pontifices moerebundo patri solamen aliquod excogitantes, vaticinantur deos captos amore Eugeniae, eam in caelum rapuisse. Vnde ille plurimum gauisus, auream ei erexit statuam: & tanquam nouæ Deæ miser illi sacrificabat. At mater & fratres quibus sanior mens, de figmento dubitantes: Eugeniā supràmōdum lugebant.

Quæ interea cum insigniter admodum profecturam monasterij exerceret: tum ei cepit access-

accessit curationū gratia. Contigit porro ma-  
 tronam quādam opibus ac gloria insignē, Me-  
 lanthiam nomine, in quodam suo agro propē  
 monasterium degentem, à quartana, olei sacri  
 vnctione ab Eugenia liberari. Et quidem eam  
 virum Melanthia, existimans, progressu tem-  
 poris familiarior effecta, & sepiusculē eā cum  
 munusculis visitās, demum satanæ astu speciei  
 ac vultus eius decore capta, sub cupidinis iugo  
 infelix ingemiscebat. Excogitans igitur quali-  
 ter interna depascens incendium extinguere  
 posset: languorem simulans pro Eugenio misit.  
 Cui tanquā viro cum amorem pandit: tum  
 protinus ad commixtionē inducere omni stu-  
 dio conatur. At Eugeniū scelus abhorrens, cū  
 eam sermonibus manibusque à se repelleret,  
 Melanthia confusa, magis autem ob contem-  
 ptum exacerbata, dubitans nē Eugeniū factū  
 proderet & sic infamiam ipsa incurreret: eum  
 præueniendum censuit. Ad urbem itaque pro-  
 perat, Præfectum Philippum protinus adit: ac  
 Eugeniū de intentata violētia acerrimo spi-  
 ritu accusat. Præfectus verò tantæ matronæ  
 indubiam adhibens fidem, Eugeniū cum o-  
 mnibus qui cū eo erāt comprehendī iussit, di-  
 emque statuit, quo cuncti pariter acerbissimis  
 suppliciorum generibus interirent.

Præfinito igitur die in medium producta  
 Eugenia, grauibus onerata catenis Præfecto  
 oblata fuit: qui toruo eam intuens vultu, inter  
 varia verborum iacula sciscitatur, num aded  
 nefaria & impudica Christus quē coleret, do-  
 ceret. Cumque obiectum crimen virgo egre-  
 giè diluisset, Melanthia verò pertinax, ancillā

Ddd 3 prout

*Claret mē-  
 raculū.*

*Impudicē &  
 damatur &  
 quadam me-  
 trona.*

*Sollicitatur  
 ad stuprum.*

*Abhorret  
 nefarium &  
 etum.*

*Accusatur  
 innocens stu-  
 pri.*

*Sistitur Præ-  
 fecto.*

*Purgat se.*

*Qualis  
quoniam sit  
manifestus.*

prout ab ea edocta fuerat testem violentiae adhibuisset: Eugenia demum pro defensione veritatis, & ne Christianum nomen falsitate confunderetur, coacta etiam aliquid facere praeter honestum & decorum, supernè acceptam dirumpit tunicam; nudatisque quibusdam partibus corporis, verè feminam se esse ostendit; deinde conuersa ad patrem, se ipsam Eugeniā eius filiam: socios verò Prothum & Hyacinthum eunuchos suos esse palam declarauit. Quanto autem tunc stupore repleti, quanto gaudio, quantisque lachrymis perfusi filiam agnitam parentes amplexati sint, quis prodignitate explicare queat? Melanthia verò respiscere contemnens, diuina eam persequente vindicta, à fulmine interempta: cum omnidomo sua consumpra est. Parentibus autem Eugeniæ & amicis, eius sedulitate ad Christi fidem conuersis, reddita est breui Ecclesiae optata pax.

*Melanthia  
infelix in-  
teritus.  
Eugenia pa-  
rentes suos  
ad Christi fi-  
dem conuer-  
tit.*

Rebus igitur Christianorum egregiè florentibus, eccè impij quidam satanè immisionibus excitati Imperatores adcūt, ac Philippum p̄fectum de magnorum deorum cultus abolitione, & Reip. cōturbatione accusarunt. Illi eorū relatione plurimū cōmori, Philippo cōfestim scriptis denunciarunt, ni velit insigni sua dignitate exui, protinūs patrios ritus restaurare. Eo accepto mandato Philippus, morbum simulans, venditisque interim facultatibus, eas partim ecclesijs partim pauperibus distribuit.

*Philippus  
pater eum  
accusatur a  
pud Impera-  
tores.*

*Philippi suc-  
cessor Teren-  
tius.*

Mittitur ei inter hæc in Præsestura successor Terentius, qui subornatis quibusdam fictis Chri-

Christianis, ac clanculum ad eum immiffis, precibus intentum gladio percuti curavit. Sic-  
 que martyrij gloria redimitus Philippus, post *Philippi*  
 triduum quod accepta plaga superuixerat, *martyrium.*  
 honorificè admodum sepultus est in loco *Locus sepul-*  
 lsum nuncupato; vbi ipse, cum adhuc vi- *ture eius.*  
 ueret ædem sacram ædificarat. Cui cum & a-  
 liam domum ad excipiendos peregrinos Clau- *Clandia cum*  
 dia vxor eius addidisset, aliquanto post tem- *familia re-*  
 pore Romam cum suis redijt. Vbi Eugenia *uertitur Ro-*  
 meliora æmulans charismata, complures vir- *man.*  
 gines natalium quoque ac diuitiarum gloria  
 illustres, cum ad Christi fidem conuertisset, si-  
 bi associavit. Et quidem præter alias, opera *Eugenie ibi-*  
 Prothi & Hyacinthi, clarissimam Basillam; *dem eximij*  
 quæ quod nollet sponso suo Pompeio patri- *fructus.*  
 monio copulari, ab eo apud Imperatorem  
 accusata quod & Christiana esset: iussu eius- *Basilla vir-*  
 dem capite obruncata martyrij palmam ad- *ginis mar-*  
 epta est. *tyrium.*

Post quæ compræhenduntur Prothus &  
 Hyacinthus Eunuchi, Beatæ Eugeniæ indiuisi  
 comites & meritis haud impares, trahuntur ad *Prothi &*  
 Iouis fanum: vt ei sacrificent. Cùm autem ora- *Hyacinthi*  
 rent, cecidit simulachrum ad pedes eorum: *Eunuchorum*  
 in puluerem cineremque omninò redactum. *Martyrium.*  
 Nicetius verò Præfectus id haud virtuti diui-  
 næ sed magicæ arti attribuens, gladio eos ani- *Eugenia st-*  
 maduerti iussit: & Eugeniæ mandato Impe- *stitur Præ-*  
 ratoris sibi sisti. Quæ imperterrita antè tribu- *fecto.*  
 nal eius consistens, insigni sanè oratione Chri-  
 stianos, à calumnia quod magicis artibus v-  
 terentur vindicauit: ac idolorum vanita-  
 tem, eorumque cultores egregiè pudefecit.

Ddd 4 Vnde

*Templum  
Dianæ eius  
precibus sub-  
uersum.*

*Quanta illæ  
sæpassa.*

*Ioan. 21.*

*Consolatur à  
Christo Do-  
mino.*

*Decollatur.*

*Locum sepul-  
turae eius.*

*Apparet ma-  
tri & obitu  
eius prædi-  
cit.*

Vndè Nicetius exacerbatus, protinùs eam ad templum Dianæ abduci iussit, vt eidè sacrificaret; verùm illa Deum deprecante sanum cum idolo cælitùs subuersum est. Id audiens Imperator, tenebris impietatis occæcatus, eam ingenti saxo collo eius alligato in Tyberim præcipitari mandat: quod & confestim factum est.

Sed lapide collo eius exoluto, aquas instar diui Petri inambulabat. Indè verò in fornacem ardentem mittitur: verùm igne diuinitus extincto illæsa egreditur. Carceri deindè mancipatur tenebricosissimo: vt ibidè squalore & inedia consumpta interiret. At ibidè à Christo, diuino lumine & cælesti pane confortata; ab eodem, quod & illo die quo ad terras descenderat, eam ad cælestia subleuaret, promissum accipere meruit.

Ipsò igitur die Natalis Domini à Præfecto missus spiculator, eam in carcere obruncauit. Porrò sacrum corpus eius à matre & fratribus indè sublatum, via Romana honorificè admodùm tumulatum est. Cæterùm aliquanto post tempore matri apparuit, ineffabili splendore corusca: ac gloriosa virginum stipata multitudine. Cumque eam abundè consolata fuisset: non ita multis post diebus subsecuturam eam certo prædixit.

(. .)

NOBILIS

NOBILE CERTAMEN SANCTIS-  
sini Protomartyris Stephani; qui passus est 26.  
Decembris: Septimo ab Ascensione Domini mē-  
se. Anno 18. Tiberij, Imp.

Vide C. Ba-  
ron. *Annal.*  
Tom. 1. anno  
Christi 34.  
& *Not. in*  
*Martyr.*  
*Rom.*  
26. Decē.

STEPHANVS diuini spiritus gratia miri-  
ficè repletus, primus Diaconorum Chri-  
stianorum omnium, primus inuestiam ab  
ipso Christo in mundum fidem, præclaro san-  
guinis sui testimonio consignauit. Vndè autem  
necis eius oborta fuit occasio S. Lucas in actis  
Apostolorum docet; qui nobile eius certamen  
& triumphum egregium exactè conscripsit.  
Postquam enim vehemens è cælo spiritus à  
Christo missus, sacra Apostolorū pectora stu-  
pendo planè & vocis & linguæ miraculo im-  
pleuerat, continuo ad fidei & Sacrosancti E-  
uangelij semina dispergenda se contulerunt.  
Cumque ex omni, quæ sub cælo est, natione  
Hierosolymis degerent, rei que nouitate com-  
moti, ad concionem confluerent, stupore sa-  
nè repleti sunt, quod homines rudes & idioras  
omnium idioma proferre audirēt. Quarè Pha-  
risæi & proprijs aurib. fidè derogantes, & eos  
qui rei tam admirandæ stupore tenebantur, ir-  
ridentes, ex musto mentis quendam furorem,  
Apostolos haussisse calumniati sunt. Petrus ve-  
rò diuini verbi calore accensus, vno orationis  
actu, tria animarū millia piscatus est: & insig-  
ni insuper miraculo claudi ad Speciosam tem-  
pli portam integræ sanitati restituti, Ecclesiā  
incredibili accessione cumulauit: prorsus vt  
iam indè plurimum opera, qui gratiæ ministra-  
rent, indigeret.

Act. 6. 7. 8.  
Act. 2.

En admira-  
bilem Sancti  
spiritus ope-  
rationem.

Eximius  
fructus con-  
cionis D.  
Petri.

Act. 3.

Ddd 5

Igitur

*S. Stephani  
Primordia.*

Igitur Spiritus sanctus ad communem Apostolorum operam promouendam, Stephanum admirabili sapientia & gratia virum aduocauit. Qui signis & stupendis rerum factis omnium in se ora conuertit; & pios quidem ad Christi confessionem perduxit: impios vero odio & ira furentes in se concitauit.

Erant Hierosolymis omnium Iudæorum metropoli collegia, in quibus erudiebantur adulescentes, qui ex diuersis prouincijs confluabant, ut diuinam legem addiscerent: Græcorum vero scientias vel nationum linguas haud licuisse publicè tradi Iosephus testatur. Erat Stephanus vnus ex illis, & cum illis eodem usus fuerat legis magistro Gamaliele; cumque Christi fidè liberè fortiterque annunciaret, ac eà miraculis consignaret, cū sodalium omnium ac condiscipulorum, tum præsertim Sauli Tharsensis synagogæ eorum qui erant è Cilicia facile principis in se impetum mouit. Incentor enim omnium esse visus est Saulus, quod ipse in Iudaismo profecisset præ cæteris coetaneis suis, paternarum traditionum abundantius æmulator existens: qui nec à cœpto destitit, donec eundè lapidibus obrutū, sicque iā esse cognouisset extinctum. Sed æquum est ut inuicti Martyris certamen, quo aduersus fidei hostes Alexandrinos & Libertinos, & Cyrenæos, aliosque ex omni parte homines impietate conspirantes decertauit, inspiciamus. Cū nullis vel argumentis vel fraudibus diuini Spiritus vi, qui in Stephano operabatur, resistere valerét, falsis eum criminibus oppugnare constituunt. Ac primò quidè execrandæ in Deū & Mosen blasphemix

*Antiq. lib.  
20. cap. vlt.  
Lucia. epif.  
de Inuent.  
S. Stephani.*

*Paul. ad Gal.  
cap. 1.*

*Falso accusatur  
Stephanus.*



phemia apud populum eum insimulant: deinde multa aduersus locū sanctum & sacra eorū instituta differuisse calumniati sunt. Stephanus autē diuino quodam claritatis lumine circumfusus, longa orationis serie à sacro petita eloquio, Christum eiusq; gratiam eis aperuit: & inflammato spiritu perfidiam & in instituto scelere pertinaciam exprobrauit. Illi verò immani & ferina quadam rabie debacchantes dissecabantur cordibus & dentium stridore insutum animis furorem testabantur. Sed animi & prudentiæ magnitudine excellens Stephanus, furori illorum patientiam opponebat, beneuolentiam odio; minis mortis contemptionē: terrori vitæ despicientiā. Cumque perfidi Iudæi, & in scelere pertinaces, toto animo ad eadē spectarēt, ille admirabili charitatis ardore incensus, nunc eos ut fratres intuēs, nūc ut patres demulcens, omnem eorū rabiem facile superabat. Sed cū nec si quidem excellēs eius in omni genere virtus immanem eorum crudelitatem frangere posset, tota mente Deo intentus, cum esset plenus Spiritu sancto, ecce, inquit, video cælos apertos, & Christū diuinitatis gloria mirabiliter fulgentem à dexteris virtutis Dei causæ nostrę patrociniō fungentē adspicio. Illi verò accepta hac voce, obstructis auribus, in eū consurgunt; & valido cum impetu atque clamore è synagoga eijciūt: festinantēsq; & suæ crudelitati, & Stephani desiderio finē imponere densissimō lapidū imbre illum obruūt. Sed quid interim Stephanus? Quib. armis tantā eorū sauciā repulit? Certē non alijs, quā quibus ipse Christus Dominus Crucifigē-

*Purgat se S.  
Stephanus.*

*Stephanū  
eximia vir-  
tutes.*

*Stephanus  
videt Chri-  
stum.*

*Lapidibus  
obruitur.*

con-

confixus suorum inimicorum rabiem repre-  
fit. De corporis enim Salute nihil omnino so-  
licitus, primò quidem per breui oratione su-  
domino animam comendans exclamauit: Do-  
mine suscipe spiritum meum. Dein ardentiori  
pietatis studio pro lapidantium se salute de-  
precans, positus, summa cum reuerentia humi-  
genibus, Domine, inquit, ne statuas illis hoc  
peccatum. Quæ cum voce magna & pietate  
plenissima exorasset, in dulcem mortis solu-  
tus soporem placidè quieuit.

*Orat pro la-  
pidaibus se.*

*Obdormit in  
Domino.*

*Locus ubi  
passus est  
Stephanus.*

Locus verò, in quo sanctus protomartyr  
confessione Christi occubuit, non integro  
dio Hierosolymis distabat; quem Eudoxia Au-  
gusta nobilissimæ ecclesiæ fabrica egregie il-  
lustrauit; situsque erat extra portam qua  
vergebat ad Aquilonem, & ducebat ad Ce-  
dar, quæ postea S. Stephani nomine appella-  
ta fuit: alio nomine porta Ephraim di-  
cta. Lapis verò, super quem positus lapidum  
suscepit imbres, in Ecclesiam Apostolorum ad  
montem Sion positam translatus, magna ve-  
neratione est habitus. Porrò vnus ex lapidi-  
bus, quo idem protomartyr percussus est, à  
quopiam Christianorum collectus Anconam  
Italiae ciuitatem translatus est: ibidemque ea  
de causa, Ecclesia in honorem Martyris excita-  
ta: in qua eius memoriam annua celebritate a-  
gi consueuisse, antiqua testantur Martyrolo-  
gia. Ibi verò quantis eius sanctitas, & gloria,  
qua in cælis fruitur, coruscauerit miraculis:  
satis superque declarat Augustinus qui vnus suf-  
ficiens est ad hæreticorum calumnias recudendas.  
Cæterum sacrum eius corpus sepulture com-  
mitti

*a Serm. 31.  
Or. 32. de di-  
uersis.*

nitti statim non potuit, obstantibus Iudæis; quam die nocteque sub dio expositum custodiebāt, ut à feris & volucris cōsumeretur. Sed Christo protectore intactum planè atque illegsum permāsit; donec Gamaliel collectos quoscunque potuit, Christianos occultè submisit: qui rebus omnibus ad sepulturam necessarijs egregiè instructi, sublatum vehiculo ad villā Caphargamalā (quod interpretatur villa Gamalielis) deportarunt: vbi summa funeris magnificentia, in Orientali theca in nouo monumento ipsius Gamalielis conditum fuit.

*Gamaliel  
corpus S.  
Protomarty-  
ris sepeliri  
curat.*

*De inuentione reliquiarum eius ac sociorum quaerat Lector tom. 3. die. 3. Augusti. De miraculis verò multa sunt apud Augustinum & Eudium episcopum qua nimis longum foret hic adscribere.*

VITA S. IOANNIS APOSTOLI ET

*Vide 1 & 2.  
Tom C. Ba-  
ron. & Not.  
ad Martyr.  
Rom.*

*Euangelistæ: Ex probatissimis antiquorum patrum scriptis, ad censuram illustrissimi Baron. redactis: Obijt anno Domini 101. Clementis Papae nono, Traiani Imp. 2.*

**I**OANNES Iacobi Apostoli, quem a Herodes gladio interficiendum curauit, frater, Zebedæo patre natus est. Is à Christo vnà cum Iacobo fratre, cum in mare Galileæ piscatores retia reficerent, vocatus, statim relicto patre, rebusque omnibus, se in illius disciplinam tradidit. Licet enim nobilitate generis multis conspicuus & ea propter ipsi etiā Pontifici notus fuisse dicatur, Euangelistæ tamen testi-

*27. Decē.  
a Act. 12.  
Patria eius.  
Ioannes fuit  
nobilis.  
Hieron.  
Epist. 6.  
testi-*

Marc. 1.

testimonio ipsum fuisse piscatorem & recte  
 consarcinasse constat. Ditiorem tamen ceteris  
 Apostolis piscatoribus fuisse, ea est cōiectura,  
 quod mercenarios ad piscationem conductos  
 habebat: nam Marcus de ipso, & Iacobo fratre  
 ipsi<sup>9</sup> ait, quod relicto patre suo Zebedeo in na-  
 vi cum mercenarijs, secuti sunt Iesum: habuif-  
 seque Hierosolymis domum, in quam post  
 Christi passionem, Dei genitricem rece-  
 pit, æque assentimur. Caterum à Domino  
 ad Apostolici muneris dignitatem nō adolef-  
 centulus, sed annū agens vigesimum secundū,  
 electus est: ac tribus post annis, quibus cū Do-  
 mino versatus est, tempore passionis in vltima  
 cœna anno ætatis suæ vigesimo quinto, sacer-  
 dotio initiatus est: nam ab ea ætate diuina le-  
 ge Leuitis concessam erat ministrare in taber-  
 naculo foederis. Porrò quanta amoris teneri-  
 tudine Christus Dominus eū amplexatus fue-  
 rit, ex Euangelijs luce meridiana clarius pat-  
 tet. Quarè omissis ijs, quæ sacrosancta Euan-  
 gelia de illo testantur, operæ precium est vt  
 gesta illius à glorioso Crucis triumpho per-  
 stringamus.

*Secundū adi-  
 tionem sep-  
 tuaginta in  
 terpretum.  
 Secundū He-  
 braicā verò  
 triginta an-  
 norū nume-  
 rum prescri-  
 ptum fuisse  
 Hieronymus  
 tradit in E-  
 zechielem l.  
 3 Cap. 11.  
 Euseb. prin-  
 cipio 3 lib.  
 Histor. Eccl.  
 Asiæ Ec-  
 clesie primū  
 ab aposto-  
 lis Petro &  
 Paulo insti-  
 tuta.*

Igitur in partitione prouinciarum Asiam  
 illi obtigisse referunt: non quidē statim à mor-  
 te Christi, sed multo post tempore; vt potē  
 post necem Petri & Pauli Apostolorum; quo-  
 rum prædicatione, Ecclesiæ Asiæ fuerant  
 fundatæ, & ad pietatem optimè institutæ. Nā  
 & Minoris Asiæ ecclesias à Petro erectas esse  
 constat; à Paulo autē alias plures; vt potē qui  
 Ephesi Asiæ metropoli triennio docuit, eandē-  
 que Ecclesiā primus omnium fundauit. Quā-  
 obrem

obrem etsi (quod multi testantur) cum Hierosolymis iussi sunt abire fideles, Ioannes unà cum Dei genitrice Ephesum venit, non tamen illum ibi Euangelium prædicasse, atque Ephesinam Ecclesiam erexisse constat, Timotheus namque à Paulo Ephesinus pontifex creatus, antè Ioannem in ea messe laboravit: quo viuo Ioannes eidem Ecclesiæ nequaquam præfuit; licet fortassis eam lumine suæ doctrinæ illustrauerit. Caterùm vltimis post necem Apostolorum temporibus cum ab hæreticis Asiæ ecclesias vexari cognosceret, eò profectus est, easque protinus administrandas curandasque suscepit: ne, qui in ea erant regione fideles, hæreticorum fraudibus à sincera fide exciderent.

*Venit Ephesum Ioannes cum virgine Maria. Timotheus antè Ioannem Epheso Episcopus præfuit.*

Dum igitur Ephesi atque aded in tota Asia verbū Dei prædicaret, anno Christi Redemptoris nonagesimo secundo, Domitiano Augusto decimum quintum, & Nerua Cocceio secundum Coss. siue inuidia Apollonij, qui in Christianos erat infensissimus, vel fortassis Euphratis philosophi desertoris apud Domitianum agentis, his officijs assueti; aut opera Ebionis hæresiarchæ, eiusdem Ioannis hostis acerbissimi, ipse Ioannes ad Domitianum Imperatorem reus impietatis, à Proconsule Asiæ Romam vincetus mittitur; atque ad portam Latinam in conspectu Senatūs in dolum feruentis olei, (siue potius folium) tonsus primum ignominia causa, immittitur: ex quo tamen saluus planè atque incolumis, siue vlllo doloris sensu, magna omnium admiratione exiuit. Hæc ita se habere confirmat in pri-

*Epheso Romanum reum accersitur.*

*Martyrium eius.*

*Huius veritatis grauisissimi sunt ad-*

*Stipulatores  
Tertull. de  
prescripti.  
cap 36. Hie-  
ronym. in  
Iouin. lib 1.  
& in Matth.  
cap. 20.*

*Mittitur in  
exilium Io-  
annes in  
Patmos.*

*Conscribit  
apocalyp-  
sim.*

*Hæc Meta-  
phr. quæ non  
reijcit Baro-  
nius, imo  
confirmat.  
\* Arcopagita*

*Nerva Impe-  
rator eum  
ab exilio re-  
uocat.*

in primis vetus ac nobile Ioannis martyrij, & tam insignis editi miraculi monumentum, apud portam Latinam; vbi sæuissimum illud constat illatum esse supplicium; imò & ipsa dies quæ hæc facta sunt pridie Nonas Maij; quæ perpetua est memoria illustrata: dum eadem, recurrente quolibet anno, Romæ, & alibi, annua celebritate recolitur.

Porro Domitianus, tam inusitata rei miraculo stupore quidem correptus, verum tenebris infidelitatis planè occæcatus, virum sanctum perpetuo exilio condemnans, in insulam Patmos deportandum curauit. In ea insula, eodæ die quem Dominicum nunc etiam dicimus, visio quædam ei oblata est; qua illi multa magnaque mysteria ita patefacta sunt, vt ea cum scripisset, ad septem Asiæ Ecclesias, Ephesinâ, Smyrnensem; Pergamenam; Thyatiranam; Sardensem; Philadelphianâ; Laodicenemque iussu Dei miserit. In insula verò Patmos anno vno & eo amplius constitutus omnes eiusdem insulæ incolas ad pietatem instituit, & minime pœnitendos exilij sui fructus fecit. Eodem illo tempore sacer \* Dionysius 90. ferme annorum vir ex Athenis ad Apostolum literas dedit, quibus prophetico spiritu instantem ab exilio in Asiam reditum ei annunciauit. Quod vaticinium mox effectum sortitum est. Nam mortuo Domitiano, Nerva, qui in imperium successit, rescissis Domitiani actis, omnibus pœna exilij mulctatis libertatem restituit. Igitur Imperatoris edicto in Patmon delato, Ioannes sine mora Ephesum nauigare constituit. At verò insulani qui sanctissimi Do-

storis

ctoris sui monita pietatemque egregiè imberant, illius discessum ægris admodum animis tulère; vndè luctu lachrymisque deformati, supplices ad eum venère, orantes atque obtestantes, vt, si abire omninò decreuisset, saltè aliquod doctrinæ suæ monumentum relinqueret, & totum redemptionis nostræ mysterium literis consignaret. Nec recusauit Theologus, sed indicto omnib. ieiunio, ieiunus ipse & propemodum corpore exhaustus, assumpto secum ex discipulis vno, montis conscendit verticem. Vbi cum tota mète diuinis intentus rebus Euangelij mysteria scribere aggrediretur, repente horrenda tonitrua ac fulgura vehemèti fragore elisa, atque effulgentia micuère. Quorum terrore exanimis propemodù collapsus discipulus, Ioannes verò Christi spiritu egregiè roboratùs constitit immobilis; sinemq; rerum admirandarum expectans, postremò huiusmodi vocem è cælo dilapsam percepit: In principio erat verbù, & verbù erat apud Deù, & Deus erat verbù. Sicque totà Euangelij seriè contexens, eà Insularibus tradidit, ijsq; lugentibus & inuitis Ephesum deindè nauigauit. Vbi eù sedem ac domicilium rerum suarum collocasset, omnesque & animi & corporis vires ad collapsa in multis fidei ac religionis fundamenta restauranda intenderet, quorundam rogatu ad finitimas gentes proficiscitur.

Cumque ad vrbem quandam non longè indè distantem (cuius etiam nomen nōnulli memorant) se contulisset: & fratres, qui in hac erant, opportunè recreasset, quendam ibi fortè reperit adolescentē, corporis viribus valentē,

Eee vultu

*Hec sanè  
haudqua-  
quam opo-  
crypha esse  
testatur Ie-  
ron. Annai.  
tom. I.*

*Conscribit  
Euangelium.*

*Redit Ephe-  
sum.*

*Hanc histo-  
riam. vi. ve-  
risimam,  
plurimorum  
testimonio*

*comprobat  
C. Baron.  
Tom. 1. An-  
nal. anno  
Christi 98.*

vultu & oris confirmatione admodum venustū. Generositatem verò animæ illius, ac morum liberalitatem attentius cum obseruasset, alio autē indè discessurus, protinus, data adolescenti benedictione, in eū, qui ibi episcopus erat constitutus, oculos conuertit, eumque sic affatus est: Hunc adolescentulum omni studio, cura & cogitatione, coram Ecclesia & Christo teste, tibi tuæque fidei commendo. Quem cum Episcopus in suam tutelam accepisset, & omnia se facturum fuisset pollicitus, Ioannes eadem iterum atque iterum illi edisserit: cuiusque fidem contestator: Ephesum deindè redit. Episcopus ille adolescentulum sibi concredendum in domum suam recipiens, educavit pro suo; in officio continuit; fouitque humanitèr ad extremum Baptismi sacramento illuminauit. Postea verò vbi Sigillo Domini (nempe Sacramento Confirmationis, vt addit interpres) tanquam perfecta tutaque eius animæ custodia obsignasset, non nihil de cura & obseruatione in eo instituendo suscepta remisit. Quem quidem non solum liberior viuendi potestas, quam fuerat paulò antè tempus adeptus, verù etiam quidam adolescentes eius æquales, otio languidi, inertia dissoluti, & omni malorum genere assuefacti corrupèrunt. Et primum exquisitis conuiuiorum opiparorum delicijs, illum alliciunt, inuitumque noctu deindè educètes, ad furti societatem coeundam atrahunt: tum maiora moliri flagitia hortantur. Iste pedetentim assuefcit; & propter generosam animi magnitudinem, tãquam æquus effrænatus, & nimium sibi suisque viribus præfidens, extrã

*En quid non  
facit praua  
societas.*

*rectam*



rectam viam impetu fertur, frænaque acriter præmordés, procliuius in profundú vitiorum gurgiré se præcipitat. Atq; cum iam in desperationem salutis in Deo sitæ veniret, deinceps non de exiguis noxis cogitauit, sed maximis quibusdam ac nefarijs facinoribus admissis: vbi semel omni improbitate & nequitia perditus euaserat, nullá non sceleris labem ex æquo cum alijs contrahere secum statuit. Illis igitur in familiaritatem adscitis, & magna latronum turba collecta, animo prompto paratoque se duces manu violentissimum, sanguinis effusione crudelissimum, seueritate denique acerbissimum præbuit.

*Adolescens  
optimè insti-  
tutus tandè  
fit pessimus  
latro.*

Interea temporis, vbi necessaria ad rem incidere occasio, Ioannes accersitur. Ille, vbi alias res, quarum gratia venerat, recta ratione disposuisset: Age, inquit, episcope, depositum nobis redde, quod ego & Christus, Ecclesia teste, quam gubernas, tibi commisimus. Hic verò primò attonitus obstupuit: arbitratus pecuniam quam nunquàm acceperat, à se per fraudem & dolum malum repeti: & tamen neque facillè credere poterat ea à se reposci per calumniam, quæ neutiquàm habuisset: neque Ioanni depositum repetenti omninò diffidere. Verùm simulatque Ioannes dixerat, Adolescentulum repeto & animam fratris: senex demisso vultu ingemiscens & item lachrymans: Ille, inquit, mortuus est. Quomodo & quo genere mortis? D E O, inquit, mortuus est: nam nequam, & perditus: & vt verbo còcludam latro euasit: & iam pro ecclesia, in qua versabatur, montem cum nefaria

Ecc 2 sui

*En vt fla-  
grat zelo sa-  
lutis perdit  
adolescentis.*

fui similitum turba occupat, Apostolus verò  
his auditis, dolore vehementi oppressus, re-  
uerà, inquit, egregium te custodem animæ fra-  
tris tui reliqui. Equus iam mihi adsit, & dux  
aliquis itineris. Indè ab Ecclesia, ita vt erat,  
cum festinatione se proripuit. Profectus au-  
tem ad locum, à primis latronum excubito-  
ribus præhenditur: qui neque fugam parans,  
neque euitare studens, sed vociferans admo-  
dum, dixit; Huc huius rei causa accessi, me  
ad principem vestrum deducite: qui quidem  
ad tempus, vt erat, armatus expectabat. Ve-  
rum vt Ioannem aduentantem agnouerat, præ  
pudore fugam capessit. Hic verò ætatis, suæ  
oblitus, illum pro viribus properè insequitur  
atque clamans: Quid, inquit, fili me tuum ip-  
sius patrem inermem, & ætate confectum fu-  
gis? Miserere laboris mei, fili, ne formides; ad-  
huc tibi salutis spes reliqua est; ego Christo  
pro te reddam rationem; & si sit opus, pro te  
lubens mortè oppetâ; sicut Dominus pro om-  
nibus nobis, pro tua anima meam dabo, confite-  
ste, crede: Christus me misit ad te. Ille vbi  
hæc audiuerat, primum oculis humi defixis,  
constitit: deindè arma abiicit; tum horro-  
re perfusus, grauiter & acerbè lamentatus  
est; lenem ad se aduentantem complectitur; fle-  
tu & mœrore, quoad poterat pro culpa satisfi-  
fecit: & dextera sola occultata, lachrymarum  
vnda secundò baptizatur. Apostolus rata & cõ-  
stanti asseueratione, ei se à Salvatore veniam  
& remissionem peccatorum precibus suis im-  
petraturum pollicetur; atque ad genua acci-  
dens, ipsam manum dexteram, tanquam aqua  
pœni-

pœnitentiæ ablutam purgatamque osculatus, *Nota quo-*  
 illum ad ecclesiam reducit. . Crebris item *modo redu-*  
 precibus Deum pro illo inuocat; continuis *cat perditum*  
 ieiunijs vnâ cum eo se macerat; varijs diuinæ *adoleſcentē*  
 ſapientiæ ſententijs eius animum quaſi qui- *in viam ſalu-*  
 buſdam blanditijs mitigat, tranquillatque: *tiſ.*  
 neque prius, vt fertur, indè deceſſit, quam  
 illum eccleſiæ miniſterio præfeciffet. Cuius  
 conuerſione magnum veræ pœnitentiæ exem-  
 plum; præclarum ſecundæ regenerationis  
 ſpecimen; illuſtre denique trophæum à pec-  
 catis reſurrectionis, per exteriora pœnitentiæ  
 ſigna hominibus Deus propoſuit ad imitandū.

Cæterum Ioannes cùm totâ Aſiam religione  
 noſtra imbueret, à barbaris ſeditione cõcitata  
 in templū Dianæ pertractus eſt, vt ei immola-  
 ret & ſacrum faceret. Ipſe autem hanc eis con-  
 ditionem propoſuit, vt ſi illi Chriſti templum  
 Dianæ fide implorata euertent, ipſe Diana  
 ſacrificaret: ſi ipſe, appellato inuocatoque  
 Chriſti nomine, Dianæ templum funditus  
 tolleret, illi Chriſto crederent. Quæ cum ma-  
 iori parti placuiſſet conditio, Ioannes om-  
 nibus è templo egreſſis, preces ad Deum fu-  
 dit, & Dianæ ſimulachrum momento commi-  
 nuit. Ariſtodemus autem quidam pontifex  
 tum ſacerdotum, re cognita, populum con-  
 citauit: eoque furoris impulit, vt pars vna cum  
 altera prælio decertare conſtitueret. Quod  
 cum ſumma, haud immeritò, moleſtia Apo-  
 ſtolum afficeret, Ariſtodemum adiit, quæſiuit-  
 que ab eo, qua tandem ratione ipſius animum  
 ita infeſtum placare poſſet. Ille ita demum ſe  
 & omnem animi iracundiã ac ferociam depo-  
 ſitu-

*Subuertit  
 Diane ſimu-  
 lachrum S.  
 Ioannes.*

stutum, & Christo, quem Deum prædicaret, crediturum pollicitus est, si venenū quod daturus esset biberet, nec ei quidquā mali afferret. Nihil recusavit Apostolus. Quē Aristodemus ut vidit tanta fiducia præditum, quo facilius eum à suscepto cōsilio deterreret, duobus se daturum esse dixit, qui ut primum bibissent, necarentur. Ne hoc quidem Ioannē deterruit. Aristodemus ad Proconsulem veniēs duos qui capitis rei erant, postulavit. Hi epoto veneno, spiritum ediderunt. Ioannes verò, accepto poculo, cū signū Crucis expressisset, magno fortique animo ita venenū hausit, ut nihil profus mali sentiret. Omnes mirari; Deū laudibus efferre: & Apostolum verum Dei seruum prædicare. Aristodemus autem adhuc animo fluctuans, tum demum se Christo crediturum dixit, si defunctos illos ab inferis excitaret. Tunc Apostolus fertur ei tunicam suam tradidisse, ut eam mortuis adhiberet. Ea adibita dicto citius exanimis ad vitam redierunt. Proconsul & Aristodemus tam inustratæ rei miraculo impulsī, sacris disciplinæ religionisque nostræ initiati sunt.

*S. Ioannes bibit venenum nec quidquam leditur.*

*Excitat 2. mortuos.*

*\* herbarum.*

Adduntur ad hæc, alia multa miranda, à Ioanne peracta; ut mutatio\* virgarum in aurum, & saxorum in gemmas: sed quia sunt apocrypha, æque rejicienda putamus. Ferunt & vicuam, nec non adolescentem defunctos ab eodem Ioanne esse reuocatos ad vitam, sed hæc ex pseudo-Prochoro, vel alijs quorum fides in omnibus non probatur. Illud verò de mortuo homine ad vitam restituto firmum habetur, & testimonio Apollonij antiquioris Theologi, quem

*Euseb. lib. 5. ca. 17 in fin.*

quem citat Eusebius, comprobatur. Confir-  
 mat hoc ipsum Sozomenus sic dicens: Non so-  
 lum Petrus Apostolus mortuum suscitauit,  
 sed & Ioannes Euangelista Ephesi: & Philippi  
 filii Hierapoli; & eadem à multis tum veteri-  
 bus, tum nostri temporis pijs viris (nempè ab  
 Epiphano inter alios) esse gesta reperies. Plu-  
 ra sanè eademque magna edita esse à Ioanne  
 miracula, cum reuersus est Ephesum, vt cre-  
 damus, illud magnoperè persuadet, quod A-  
 pollonius Tyanæus, magus illorum temporù  
 famosissimus, cum se exemisset è manibus Do-  
 mitiani, qui eum Romæ detinuit vinctum in  
 carcere, ab Vrbe recedens, & per Græciã se in  
 Asiam conferens, Ephesi moraretur. Opor-  
 tuit igitur, vt olim Petrum aduersus Simo-  
 nem magum, sic Ioannem magna virtute in  
 magum obniti: ne, qui credidissent, eius ma-  
 lis artibus in præceptis adducerentur; cum præ-  
 fertim recens esset exemplum, quo Apollo-  
 nius magnam de se apud Ephesios existimatio-  
 nem concitauerat.

*Sozom. lib.  
7. cap. 26.*

*Fecit alia  
multa mira-  
cula Ioan-  
nes.*

*Astor. 8.*

*Detestatur  
hereticos  
S. Apostolus.*

*Lib. 3. cap. 3.*

Vt autè mirè beneuolus in peccatores quam-  
 uis penè desperatos, ac conclamatos, vt ita di-  
 cam, erat: sic in eos, qui Christianam religionè  
 fidemque pertinaciter oppugnabant, ita seuerus  
 extitit, vt rei nullius cù eis societate coniungi  
 vellet. Quod Irenæus vna in re, ex qua de ceteris  
 cõiecturã facere possimus, apertè declarat.  
 Erat Cherintus quidã homo pestilenti hæresis  
 cõtatione infectus; qui cum Ephesi die quodã  
 in balneis lauandi causa ageret, & Ioannes eò  
 fortè, eadè ob causã, venisset, viso homine hæ-  
 retico, illicò re infecta recessit: dicēs vereri se,

ne balnearum, in quibus Cherintus veritatis hostis esset, conciderent.

*D. Hieron.  
in epist. ad  
Galatas lib.  
3 cap. 6.*

Illud verò in virtutibus eius minimè prætereundum : Cum Ephesi moraretur Ioannes vsque ad vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere; nihil aliud solebat per singulas proferre collectas, nisi hoc: Filii diligite alterutrum. Vnde & tandem discipuli, & fratres qui aderant, rædio affecti quod eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare hoc semper loqueris? Qui respondit dignam Ioanne sententiã: Quia præceptum Domini est; & si solum fiat, sufficit.

Et hæc quidem apostolico viro & virtute digna, aliaque multa quæ nos latent, cum de uexa planè ætate in terris præclare gessisset, Ioannes, anno à Saluatoris nostri passione 68. Traiani Imperatoris 2. Ephesi diem extremum clausit, & iuxta eandem urbem sepultus est. Testantur hoc ipsum Eusebius ex Irenæo, a Polycrates quoque Theologorum antiquissimus, ad Victorem Romanum Pontificem scribens, hæc habet de eiusdem Ioannis obitu: His accedit Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit; quique cum esset sacerdos, πέταλον gestauit: qui denique martyr & doctor fuit, & Ephesi etiam obdormiuit. Hæc ipse, quæ Eusebius recitat, magnum sanè testimonium eiusdè loci episcopi sanctitate & doctrina celebris; quæ haud potuerit latuisse, quæ de Ioannis exitu vera essent; cui merito omnes

de Ioan-

*Hæc est sententia D.  
Hieron. de  
scriptor.  
Eccles. in  
Ioann.  
Eu eb. in  
Chronic.  
a Apud Euseb. lib. 3.  
cap. 25.  
Hæc Baron.  
Tom. 2. Annal. anno  
101.*

de Ioannis obitu debeant auscultare: cum præsertim id ipsum Tertullianus testatum expressè reliquerit, cum ait: Translatus est Enoch, & Elias, nec mors eorum reperta est, dilata scilicet: cæterum morituri reseruantur, ut Antichristum sanguine suo extinguant. Obijt & Ioannes, quem in aduentu Domini remansurum frustra fuerat spes. Hæc idcirco Tertullianus, quæ viuente adhuc Ioanne, multi qui sententia Domini de eo dicentis ad Petrum. Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? quædo & exijt sermo ille inter fratres, quod discipulus ille non moritur: in eum sensum acceperunt, ut putarent Ioannem usque ad Domini aduentum fore superstitem. Nec satis fuit, Ioannem eos illa suspitione liberasse, cum scripsit dicens: Et nõ dixit Iesus, non moritur; significans nimirum noluisse illis verbis: Sic enim volo manere donec veniam, ut non esset usque ad illud tempus moriturus, intelligere.

*Tertull. lib.  
de Anima  
cap. 20.*

*Ioan. 21.*

Semel igitur illapso in discipulos Domini de immortalitate Ioannis errore, licet ab ipso Ioanne videri potuisset esse omnino sublatus, sic tamen in nonnullos, postea propagatus est, ut constanter etiam affirmarint, Ioannem adhuc viuere, eundemque venturum cum Enoch & Elia, secundi aduentus Domini præcursoribus. At verò Ioannem (sicut est fors omnium hominum) certo certius esse defunctum, non tantum quæ à nobis adducta sunt, sed & aliorum antiquorum significant testimonia:

*Huius opinionis primus assertor fuit Hippolytus Portuen- sis, quem egregie confutat Bayon. Annal. Tom. 2. Anno 101.*

quæ in Doctissimi Baronij Annalib, fuse studiosus lector indagare potest.

Ecce 5 DE SAN-

DE SANCTIS INNOCENTIIS,  
eorumq; festo: ex Notis R.P. Petri Canisij, Do-  
ctoris Theologi.

28. Decē.

*Quā in hoc  
festum anti-  
quū & com-  
probatum.**Homil. 4. in  
fest. Innoc.  
Apocal. 6.**Innocente  
quo passio  
Christi con-  
fessio.**Quantum in  
caelis possint.  
Homil. 3. de  
festio.**In 2. cap.  
Matth.*

**Q**UAM hoc festum nobis charum ac reli-  
giosum esse debet, ex veterum Ecclesie  
scriptorum, maiorumq; nostrorū com-  
mendatione facile quivis colligere potest: cū  
& longo priorum in Latina & Græca Ecclesia  
consensu publicè comprobetur. Antè mille si-  
quidem annos agnoui & celebrauit hoc festū  
D. Augustinus: illud sacratissimum vocans in  
illis homelijs, quas tūc apud populum habuit.  
*Inter ceteros Martyres (inquit) quos sub ara Dei  
consistere predicamus (alludit enim ad verba lo-  
annis in Apocalypsi) etiam beatos illos infantiū  
lactantium pro Christo primitias Martyrum lau-  
demus: qui non loquendo, sed moriendo confessio-  
nes meruerūt. Neque enim dubitandum est, ut  
in martyrio plura præ cæteris exorare: qui in mar-  
tyrio præ cæteris præcesserunt. Et rursus: Dignè na-  
talem illorum colimus, quos beatiūs beata vita  
mundus ededit: quā quos maternorum viscerum  
partus effudit. Siquidem antè vitam perpetuam ade-  
pta sunt dignitatem: quā usuram presentis ac-  
ceperint.*

Porro Origenes Augustino vetustior; Or-  
thodoxorum fidem de hoc festo explicat lucu-  
lenter. Non igitur falluntur qui hoc festum ve-  
antiquissimum & receptissimum, ad Ecclesiam  
referunt primitivam: hosque infantes verè  
beatos & sanctos cum Irenæo & Origine præ-  
dicant. Augustinus quidem illos *Martyrum flores  
pulchrè*



pulchrè vocat; quos in medio frigore infidelitatis *Homil 3.*  
 exortas, velut primas erumpentes Ecclesia gem-  
 mas: quadam persecutionis pruina decoxit. Et ideo  
 dignum est (ait) interfectis pro Christo infantibus  
 honores impendere. Et post alia: Oportet (inquit) *Quid in fe-*  
 quia primitias Martyrum hodierna festiuitate ve- *stis Sancto-  
 neramur, vt de aeterna qua in calis est, festiuitate* *rum  
 contemplan-*  
 Martyrum seduld cogitemus, eorumq; vestigia in *dum.*  
 quantum possumus sequendo, & ipsi eiusdem festi-  
 uitatis superna p̄rticipes existere curemus. Cy- *Sermon. de*  
 prianus quoque aut certè author peruetustus, *stella & Ma-*  
 de ijsdem innocentibus hæc scribit: *gis & Iuno.*  
 uuli isti, quos hostis natura, pietatis inimicus, be- *cede.*  
 stialis sauitia, inaudita crudelitatis môstrum He-  
 rodes occidit, subito sunt martyres: & dum vice  
 Christi, & pro Christo auulsi à matrum vberibus  
 detruncantur, testimonium quod nondum poterat  
 sermone, perhibent passione: & sufficit causa testi-  
 monio, licet nondum eloquio distinguatur. vbi eos  
 vocat secretorum diuinorum conscios, & in  
 ordine Sanctorum Protomartyres; qui primū  
 habeant locum, Deiq; clementiam pro no-  
 stris exorent laboribus.

Sed & Bernardi ea vox est: Illo pro Christo  
 trucidatos infantes dubitet inter Martyres coro- *Serm. in Na-*  
 nari, qui regeneratos in Christo non credit inter *tal. SS. Inno-*  
 adoptionis filios numerari. Quid quod Sancti Pa- *cent.*  
 tres non solum infantes istos vt veros Christi  
 Martyres, nostrosq; apud Deum intercesso- *Innocentes*  
 res agnoscunt, sed & matres illorum sic extol- *nostri inter-*  
 lunt, vt beatas reputari & celebrari posse sen- *cessores a-*  
 tiant: Vndè non satis est Chrysologo dicere de *puad Deum.*  
 Inno-

Serm. 3. de  
hoc festo.

Innocentibus. *Viunt, viuunt, quia verè viuunt: qui pro Christo merentur occidi: sed hoc præter-* eà de matribus illorum adiungit: *Beas ventres qui portauerunt tales: beata vbera quæ se talibus infuderunt: beata lachrymæ, quæ pro talibus suspirantibus gratiam baptismatis contulerunt. Nam diuerso modo, dono vno in lachrymis suis matres, & sui filij suo sanguine baptizantur. In Martyrio paruulorum passæ sunt matres, nam gladius illorum pertransiens membra ad matrum corda peruenit, & necesse est vt sint præmij consortes, quæ fuerunt sociæ passionis.* Ex Augustino autem reperere supersedeo, quibus quantisque lamentis hæc matres & se & suos liberos in medijs gladijs atque furoribus Herodianorū carnificum miserè deplorarint.

Serm. 10. de  
Sanctis.

Nos igitur, vt monet propheta, Deū in Sanctis suis prædicemus, ac peculiariter diuinam electionem ac prædestinationem læti agnoscamus: qua factum est, vt tot innocentium millia tanto mysterio destinarentur, qui recens nato Messæ, eiusque aduentui & ortui præclarum ederent testimonium: & singuli quidem, vice Christi immaniter paterentur, suumque sanguinem profunderent. Ita demum vna cum Propheta, Deo verè dixerimus: *Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem propter inimicos tuos, &c.*

Psalm. 150.

Huiusmodi capitalis inimicus erat cum primis Herodes: qui omnes iussit occidi paruulos propter suspectam vnus personam: vt dum omnes pereunt, ille saltem nõ effugeret, sed cõ-

Innocentes  
vice Christi  
Passi.

munis

Psalm. 8.

Herodis in-

signis crude-  
litas.

crude-  
litas.

muni interneciōe quoq; deleteretur. Tanta verò crudelitas nō obfuit sed pfuit maētatis Innocentibus: eamq; illis pr̄rogatiuam attulit: vt Eccleſie omniumq; martyrum noui teſtamēti tanquam primitiæ, pergratum Deo ſuauitatis odorem redderent. Et ſicut de Henoch ſcribitur, quod tranſtulerit illum Deus, cui inprimis erat acceptus: ita de his etiam teſtari poſſumus, quod rapuerit eos Dominus, nē malitia mutaret intellectum eorum, aut nē ſictio illorum animam deciperet aut deprauaret.

Habemus ſanè hic typum & preludium futuræ perſecutionis, quàm indè ab initio præſignit ac diſpoſuit altiſſimus: vt noui teſtamenti fideles præcipui, per ſanguinem Chriſto capiti conformarentur: & ad ſingularem coronam præpararentur. Vndè CHRISTVS, qui propter paſſionem mortis gloria & honore coronatus fuit, apertè prædixit: *Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Ac iterùm: *Calicem quidem meum bibetis.* Et quidem non ſolum adulti, ſed infantes etiam Chriſto in cruce, ſicut & in gloria conformes eſſe debuerunt, vt lauarent ſtolas ſuas, & dealbarent eas in ſanguine agni: idè ſunt antè thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: quemadmodum in Apocalypſi legimus. Non itaq; nobis ſit graue vnquam ac arduum, ſi Chriſtum amemus, pro Chriſto quoque in vita & morte decertare: iugiter illud memoria præſenti complectentes: *Nondum vſque ad ſanguinem reſtituiſtis, aduerſus peccatū repugnantes.* Sed enim non decet perfectos ſalutari aqua cōtentos, in ſolo baptiſmatis ſa-

ctio-

*Innocentes  
primitiæ  
martyrum.  
Genef. 5.  
Hebr. 11.  
Sapient. 4.*

*Innocentium  
caedes, præ-  
ludium ſub-  
ſequentium  
perſecutionū  
Chriſtiano-  
rum.  
Hebr. 2.  
Ioan. 15.  
Matth. 20.*

*Apocal. 7.  
Innocentes  
eternum  
beati.  
In quo imi-  
tari eos de-  
bemus.  
Hebr. 12.  
Primò cor-  
poraliter.*

*Sin minus.*

*Spiritualiter.*

*Serm. in O. & uia Pasche.*

*Spirituale martyrium quale.*

ctiorē illum sanguinis baptismū pparare: qui maiorem gratiam & gloriā procreat. Si verò i-  
stius baptismatis, nimirū realis martyrij, nec gratiam, nec causam, nec occasionem habuerimus, optabimus tanto ardentius verum sacri martyrij spiritum in nobis nutriri & mature-  
cere: ut si non actu & opere, voluntate saltem & affectu Christo Domino nos gratos ostendamus: & qualecunq̄ testimonium feramus: si non acerba morte: saltem quotidiana veteris hominis mortificatione. Est enim, sicut præclare docet Bernardus, martyrij genus, & effusio quædam sanguinis in quotidiana corporis sui afflictione, diurnitate quidē molestius, sed horrore mitius quàm in illis martyribus: quorum membra ferro secantur: & sanguis apertè profunditur.

*Vide Tom.*

*2. Anal. C.*

*Baron. anno*

*Christi 293.*

*301 & 302.*

*28. Decēb.*

*Iuxta Mar-*

*tyr. Roman.*

*Cyrillus epi-*

*scopus Nico-*

*mediensis*

*multa cōdit*

*monasteria.*

*a De his pas-*

*sin videre*

*licet Baronii*

*Tom. 1 & 2.*

*Anal. cōtra*

EGREGIVM CERTAMEN SS. MARTYRUM INDES & DOMNAR, & Multitudinis viginti millium martyrum: Ex actis à Simeone Metaphraste conscriptis: Passi sunt partim anno Christi 301 partim 302.

**Q**VO tempore secundum Galerius Maximianus in imperio agebat annum, præerat Nicomediensi Ecclesiæ Cyrillus episcopus: qui sedulo pastorali studio eam mirifice illustrabat. Excitabat passim cælestis disciplinæ & domicilia, tantisque virtutibus eadem excolebat, ut multi non modo Christiani, sed barbari etiam pulchritudine virtutis permoti, relicta deorum superstitione, eò cõfluere: seseq; & corpore & animo in societatem monacho-

nachorum libenter cōferrent. Erat ijs tempo-  
 ribus Gentilis quædam incredibili pulchritu-  
 dine virgo, Domna nomine: gloria insignis: in  
 thalamo imperatorio nutrita: cunctisque ho-  
 noribus aucta: ac postremò deorum sacrificijs,  
 quæ in regia fiebant, maxima sacerdotum præ-  
 secta. Verùm enim uerò cùm præstanti esset in-  
 dole, & ingenio ad res maximas & abditas cō-  
 tuendo prædita, ut primùm de excellenti, &  
 diuina prorsus Apostolorum doctrina, quædã  
 audiuit, studiosè acta Apostolorum uoluerit  
 cœpit: ex quibus tantum tamquæ suauem pie-  
 tatis gustum percepit, ut spiritali quodã amore  
 ebria, noctu ad Cyrillum ueniret: quò pleni-  
 orem perfectioremquæ diuinarum rerum cog-  
 nitionem ab eo hauriret. Cyrillus uerò Ponti-  
 fex docile eius ingenium ita formauit refor-  
 mauitquæ, ut signo Crucis ex more, dato nomi-  
 ne, consignata, catechumena fieret: Agapiumquæ;  
 diaconũ ab eodem Cyrillo catechistam acci-  
 peret, qui diuinã legem exactissimè eam edo-  
 ceret. Huius rei conscius erat tantùm regius  
 quidam Eunuchus, Indes quidem nomine, ge-  
 nere autem barbarus, sed moribus egregiè or-  
 natus, qui paribus uotis ad Christiana sacra as-  
 pirabat. Ambo igitur probè instituti, statuto  
 tempore, baptismum suscipere: & quod in A-  
 ctis legerant, quæcunquæ possidebant, earum  
 rerum precia ad Cyrilli pedes in pauperes ero-  
 ganda portarunt.

Non multò post Cyrillo Põtifice è vita sub-  
 lato, \* Anthimus in defuncti locum succedit:  
 cuius sedis tempore, Persa quædam, perspecto  
 eorum vitæ instituto, Præfecto domũs regis  
 eos

*eos, qui mo-  
 nasteria tunc  
 temporis nõ  
 fuisse cõten-  
 dunt.*

*Excellentis  
 Domnae in-  
 genium.*

*Legendo a-  
 cta Apосто-  
 lorum sic  
 Christianas*

*Instruitur à  
 Cyrillo.*

*Indes Eunu-  
 chus regius.*

*Dat sua pau-  
 perib. Dom-  
 na & Indes.  
 Act. 4. & 5.*

*Anthimus  
 succedit Cy-  
 rillo.  
 \* al. Anti-  
 mus.*

*Accusantur  
à Persa quo-  
dam.*

*Sancta eorū  
suppelles.*

*Pristinae hu-  
ius consuetu-  
dinis tam oc-  
cidentalis,  
quam Orien-  
talis Eccle-  
siae, domum  
ab Ecclesia  
sumptam fer-  
re Eucharis-  
tiam, & in  
arca colloca-  
tam asserua-  
re, eandemq;  
diebus singu-  
lis participa-  
re frequen-  
ter meminuit  
Baron.*

*Tom. I.*

eos detulit, quod Christianam fidem excolerent, & stipendia sua pauperibus erogarent. Praefectus rem accuratius exploraturus, suasio-  
ne delatoris cubiculum eorum ingreditur. Cumque opes, & preciosas vestes, atq; suppellectilem delicatam, se inuenturum sperasset: nihil aliud praeter diuinæ Crucis figuram, & librum sacrosanctum, opesque non alias, quā duas streas in nudo solo stratas, reperit. Hæc generosorum Christi militū erat suppellex: hæc diuitiæ: quas cunctis mundi opibus & precedentibus vitæ delicijs longè chariores habebant. Præterea fictile thuribulum & lucerna, & lignea arcula, quæ sacram continebat oblationem, cuius fiebant participes, apud eos inuenta sunt.

Cæterū sic detecti Domna atq; Indes Christiani, detruduntur in carcerem: ac famē diutius cruciantur: sed diuinitus impertitis alimentis pellunt in ediam. Itaque Praefectus cum praeter opinionem eos corpore animoque optime affectos inueniret, ad blanditias & fraudes dæmonis conuersus eos ergastulo liberauit, & pristinas vitæ delicias, opes quoque & vestium splendorē restituit. Quæ omnia Christi athletæ ita admiserunt, ut clam maximam eorum partem Christianis pauperibus distribuerent: & sedulo misericordiæ operibus die nocteque incumbere. At verò, cum mente & cogitatione ineuitabiles antiqui serpentis fraudes Domna prouideret, ne Praefecti blanditijs & certamini eiusmodi, vni omnium periculosissimo, succumberet, non sine diuini Spiritus instinctu, instar Dauid Saulem fugientis simulauit

lauit insaniam; arrepta à dæmone speciem præ se ferens: quo vel sic è tabernaculis peccatorū ad Dei castra transire posset. Exhibebat inconditis clamoribus, & stultis gestibus, ingentem omnibus molestiam; commouebat simulata calamitate Præfetti animum ad misericordiā: qui eam postremò, Anthimo episcopo curandam commisit. Eam enim barbari etiam de Christianis habebant opinionem virtutis, vt dæmones ex obsessis fugarent corporibus, vt mentis corporisque salutem faciliè restituerēt.

Itaque Domna Anthimo antistiti tradita, mox deposita simulatione mentem suam pontifici aperuit: qui eam, incredibili gaudio persusam vna cum inde (nam is quoque à Præfetto Domnæ in ministrum adhibitus erat) ad monasterium quoddam transmisit.

Interea Maximian<sup>9</sup>, accepta de Parthis Perffisque victoria, theatrum erexit; congregataque maxima populi frequentia, dijs suis sacrificia peregit. Quod cum Christiani, qui fortè præsentés erant, animaduertérēt, tacito discessu nefandos ritus & sacrilegum cultum detestati sunt. Quos Maximianus abeuntes compellans: Quo, inquit, abitis, ò homines, luci tenebras præferentes; & deos nostros, à quibus hoc vniuersum dependet, contemnentes? Non videtis victorias & trophæa? Non videtis bona plurima, quibus indies à dijs cumulamur? non gloriam, quæ augetur? nõ Imperium quod dilatatur? non ciuitates quæ partim quidem nunc captæ sunt, partim capiendæ? nõ gentium Reges quæ ex sublimi folio in seruitutem à nobis redacti sunt? Cuiusnam hæc, nisi deorū,

Domna simulat amentiam cum Dauid.

1. Reg. 21.

Consueuisse planè Gentiles ad liberandos arreptos à dæmone Christianorum auxilium implorare declarat

Baron. ex Tertulliano, Cypriano & alijs SS.

Domna & Indes mitatur ab Anthimo ad quoddam monasterium.

Hæc dicit Maximianus alludens ad insignem de Perffis & Parthis obtentam victoriam, quæ vni à Ctesiphontem (quod antea Romano: uris

FFF

con-

Romano: uris

*Imperatorū  
nemini li  
cuisset) im  
perū propa  
gasset, & re  
gias personas  
captiuas du  
xisset. Hæc  
Baron. Tom.  
Annal. 2.  
anno 301.  
Ultio diuina  
in blasphem  
os.*

*Reuocatur  
in regiam ex  
monasterio  
Indes.*

*S. Indes  
multos ad  
Christū tra  
ducit.*

contingunt prouidentia? Cū hæc elato ani  
mo & superbo spiritu plenis buccis intonaret,  
totoque animi impetu impietate agitaret, ecce  
in medio solis æstu, cælo mirificè blandiente,  
repentè erupere tonitrua, & micætia fulgetra,  
cum valida imbrium tempestate; quæ vniuer  
sam multitudinem tãto terrore cõpleuerunt,  
vt alij quidem semianimes humi sternerentur:  
alij, dum fuga salutem quærunt, violento exitu  
compressi atque oppressi expirarēt. Neque ibi  
tamen iusta Dei indignatio subficit: sed aqua  
rum insuper inundationes, lætas segetes fundi  
tus sustulerunt, vnaque secum in mare præci  
pites egerūt. Hæc, quanq̃ grauis nō minus quā  
repentina calamitas, Maximiani animum ab  
errore & dementia nequaquam reuocare po  
tuit: imò verò, eo impietatis processit, vt com  
perta Domnæ & Indes Eunuchi pietate & re  
ligione, qua à deorum cultu penitus descie  
rant, primum quidem in regie domus præfe  
fectū indignationē conuerterit: eumq; præfe  
ctura exutum Claudiopolim ad camelorū ser  
uitia amandarit. Deindè indicta publicis edi  
ctis, in Christianos omnes sæuissima persecu  
tione, Indem cõfestim reduci præcepit: Dom  
na in monasteria relicta, quod eam mentis ra  
bie reuerà laborare putaret. At verò Indes in  
regiam reductus orationibus & ieiunijs vacas,  
non solū se ab idolorum cultu impollutum  
seruabat, sed maximam quoq; multitudinem,  
qui in fraudem impulsī fuerāt, ad veritatis ag  
nitionem reuocabat.

Porro Maximianus soluta, qua hætenus v  
sus fuerat, omni humanitatis specie, apertum  
cum



cum ipso Christo bellū suscepit. Ecclesias itaque  
 templaque Christianorum demoliens sæ-  
 uos per oēs prouincias crudelitatis suæ mitte-  
 bat ministros, qui sacrificare recusantes, sine  
 ullo vel personarum vel dignitatis respectu,  
 supplicij subderent. Ipse verò cunctis Præfe-  
 ctis seipsum formam modumque subuertendi  
 Christianos puniendiq; constituens, cōuoca-  
 ta concione, orationem habuit; qua nunc hor-  
 rendos cruciatus ob oculos proponebat, nunc  
 humanitatem & beneuolentiam, opes deniq;  
 & honores, deorū cultoribus ostētabat. Cum  
 que totis viribus in eo pugnaret, vt constantes  
 Christianorum animos vel minis vel promif-  
 sis conuelleret, presbyter quidā Christianus,  
 Glycerius nomine, nō minore sapientia q̄ pie-  
 tate præditus, Maximiano egregia animi virtu-  
 te atq; constantia se opponens: Neque tua, in-  
 quit, promissa & dona desideram⁹ ò Imperator,  
 neque minas omninò curamus. Qomodo enim  
 ea nostros delinient aut afficient animos, quæ  
 pro somnijs habemus? Mala aut quid minita-  
 ris ijs, qui damnū pœnamque reputant, nō vel  
 grauissimis pro Christo exerceri supplicij?  
 De trophæis verò & inclytis victorijs de Gen-  
 tibus reportatis, vide quæso quā stultè & ine-  
 ptè glorieris; utpotè, qui cū plurimos vice-  
 ris, a fœminis tamè & pueris, Christianæ reli-  
 gionis miserè vincaris. Vide igitur quo animo  
 nobiseum certamen suscipis. Sunt enim nobis  
 non terrena, sed arma cælestia, quibus contra  
 te in acie prodibimus: & admirabili victoria  
 inclyti triūphabimus. Percussi enim interime-  
 mus, & cadentes, contra te trophæū erigemus.

*Galerius  
 Maximianus  
 sua oratione  
 quæ ad Chri-  
 stianos ha-  
 bet, Christi  
 fideles sub-  
 uertere nitē-  
 tur.*

*Glycerius  
 presbyter eò  
 præclare re-  
 spondet.*

Hæc audiens Imperator incredibili animi dolore saucius, occultos furoris stimulos tunc quidem repressit, egressusque è templo, iubet Glycerium ad Ecclesiam tendentem manu militari compræhendi: & correptum ad se adduci. Adductus ad tribunal, annuente solummodo Imperatore, mox boum neruis tam vehemèter cæsus fuit, vt & verberantes quidè vires, & illum qui cædebatur, vox deficeret. Cumq; ijs tormentis martyr longè superior esset, immanis tyrannus lictores ad inferendos cruciatus eousque incitauit: donec humi stratus martyr, nihil ab exanimi differret: sanguine quidè iam exaninato, pelle verò vento tumefacta, & ipsa carne prius consumpta, nudis ossibus solus ad misericordiam omnibus cõmouendam, apparetibus. Nec erat sanè aliquis tam fidelis & barbarus, qui non ingemisceret, & misericordia motus, ad tantos cruciatus profundius suspiraret. Solus Maximiani animus omni adamante durior ei insultabat. Martyr verò quamquã nihil à mortuo differret, lingua tamen pro Christi gloria cõtra tyrannũ decertabat, vehementiq; spiritu hæc assidue verba repecebat: Sum Christianus, seru<sup>9</sup> Christi, qui solus verus Deus est: vnus est mihi Dominus, vnus Rex. Tyrannus verò non ferens loquendi libertatè, iubet eum solui à vinculis, abductum verò extraciuuitatem, igne crematum mortem subire.

Ductus ergò generosus ille ad locum cõstitutum, versa ad Orientem facie, Christo partim gratias agens, partim supplices pro se preces fundens, ligno affixus fuit, totoq; corpore Crucis signo munito igne subitus accenso præclara

*S. Glycerius  
immanissime  
flagellatur.*

*Stupenda  
martyris  
fortitudo.*

*Viam cre-  
matur S.  
Glycerius.*

clara Iesu victima cremata fuit. Eò verò tã glorioſo fine conſummato cùm idolorũ cultores candidis & magnificis induti veſtibus ad fanũ duodecim deorum, quod erat in regia, feſtum celebraturi confluere, ſolus Indes atra pul- laque veſte deformatus, in tenebroſa delituit domuncula; copioſa lachrymarum imbrei im- piorum interitum acerbè deſcens. Quod ſimulac renunciatum fuit Imperatori, ille furore inſaniens Indem adduci, victumque compedi- bus carceris ſqualorem ſubire iuſſit. Deindè de maxima ſacerdote diligenter inquirens, eam quoque ad regiam reduci præcepit. Quod Præ- ſecta monaſterij ve reſciuit, Domnam virili cõfeſtim habitu & tonſu adornauit, adhibitiſ- que precibus & lachrymis viæ cuſtodibus, eam dimiſit.

*Indes degis  
in cuſtodia.*

*Præſecta  
monaſterij,  
in quo degis  
Domna, eam  
virili habitu  
induit, &  
dimiſit.*

Sceleratus interim cuncta luſtrans monaſte- ria, cùm eam minimè inueniret, furorem ſuum manusque nefarias in ſacratiffima domicilia & corpora Chriſto conſecrata intulit, & cæ- dibus atque incendijs cuncta miſerabiliter re- pleuit. Fugiebant certatim ad montes & ſpe- lunças, vna tantum cura ſolicite, vt pudicitiam conſeruarent: & opprobria improborum ho- minum euaderent.

*Deuſtae  
monaſteria  
Galerius  
Maximia-  
nus.*

Inter omnes autem exſtitit tunc vna, Theo- phila nomine, ceteris & corporis pulchritudi- ne, & generis claritate, & virtute præſtantior: quæ raptà à liſtoribus, ad proſtibus trahe- batur. Illa verò Ieſum amorem ſuũ cū lachry- mis inuocans certum de cælo expectabat auxi- lium. Itaque in lupanar inducta, cum vnus in- ſano libidinis ceſtro percitus, ad eã accederet:

*Theophila  
virgo ſan-  
ctiſſima du-  
citur in lu-  
panar.*

Fff 3 & illa

*Malè perit  
homo petu-  
lans.*

*Plerique  
eredunt in  
Christum.*

*S. Angelus  
Theophilam  
liberat è lu-  
panari.*

*S. Dorotheus  
cum socijs a-  
pud Impera-  
torem accu-  
satur.*

*Item Myr-  
donius &  
Mygdonius.  
Ceduntur  
L. x. nervis  
crudelissime*

& illa lectioni sacrosancti Euangelij incumberet: mox scelestus diuina ultione humi concidit, multisq; horis omni sensu destitutus, ad pedes Theophilæ immobilis expirauit. Alijs deindè atque alijs irruentibus similis omninò terror incussus fuit: ità vt visis mirabilibus apertè Christi virtutem & potentiam faterentur. Astabat virgini Angelus Domini in specie adolescentis superadmirabilis; ex cuius oculis radij quidam splendoris, fulguris instar coruscabant, quorum aspectu nefarij impiorum conatus ilicò concidebant. Plerique etiam, abnegata simulachrorum superstitione, Christo nomina sua dederunt. Omnibus itaque metu repressis & fuga elapsis, angelus virginem ad templi vestibulum manu deduxit: in quo nocturnos de more hymnos Christiani concinebant. Ingressa verò templum gaudio & metu plena magnalia Dei cunctis enarrauit, fulgoris præ lætitiâ imbre lachrymarû, vota preceque & gratiarû actiones Deo magnificè perfoluit.

Intercè ministri Imperatoris odio & ira in Christianos furentes, aduersus Dorotheû, qui gloria quidem & civili dignitate erat insignis (vtpotè qui ab Italis Præpositus vocaretur) pietate autem erat insignior: calumniam commouerunt. Habebat ille eximia pietatis suæ socios Mardonium & Mygdonium, Indemq; qui omnes pariter Maximiano oblati sunt. Tyrannus cum sua sponte in eos satis esset concitatus, tum verò improborû istorum calumnijs stimulatus, ad orabie exarsit, vt extensis simul manibus & pedibus, crudis bouis nervis martyres immaniter cædi iuberet. Et statim sex

vnum-

vnumquemq; circumstantes lictores, magna parte diei eos perpetuò verberarūt; nulla scelerati moti communis naturæ misericordiat licet lubrica, propter profluentem in terram sanguinem, ægrè vestigia firmarent.

Cæsi deinde totoque corpore laniati in carcerem, graui ferri pondere onerati, abducti sunt. Vagabatur intereà furor Maximiani & obuios quosq; Christianos dilacerabat. Nec ministri impietatis rem segnius gerebāt. Cùm enim non ignorarent Christianos celebritate præcipua Christi Saluatoris natalitia colere, cunctosque ad eam solennitatē certatim confluere, obseruata diligenter temporis ratione, hanc ab Imperatore potestatem postularunt: vt liceret Christianos ea solēnitate in templo congregatos magna militum manu circumdare, & dijs sacrificare recusantes vnà cum ipso templo concremare. Placuit mirum in modū hoc dæmonis inuentem Imperatori: qui non modò potestatem fecit, sed consilio quoque, & militibus iuuuit, vt vna internecione Christianos omnes delerent. Adfuit tandem Saluatoris natiuitas, & Christianis pariter adunatis, & in hymnos precesque incumbentibus, impij templum lignis sarmentis & arida qualibet materia circumdederunt: missoque præcone nūciarunt, vt præfens suppliciū euadere vellet, dijs confestim supplex fieret. Aderat Ecclesiæ Archidiaconus; qui audita præconis voce, igne diuini amoris vehementer incāduit; vocemq; cōtrā extollens luculētis sanè verbis ex eloquio sacrorū voluminum prolatis, Christianos oēs ad subeundam pro Christo saluatore mortem

*Mittuntur  
in carcerem.*

*Impij regis  
impij satellites.*

*Christiani  
omnes ipsa  
natiuitatis  
Dominicæ  
die, in tem-  
pla suo cir-  
cumuallan-  
tur.*

*Archidiaconus egregie accedit animos Christianorum.*

egregie confirmavit. Vix ille orationem finierat, cum omnes vna voce exclamarunt, Christiani sumus, Christiani, & deos tuos, o Imperator, non colemus. Maximianus ea martyrum constantia turbatus, faces subdi, & cunctos flammis absumi mandauit. Christiani interim, omnes catechumenos sacro fonte lustrantes, mutuis abhortationibus ad gloriosam mortem sese prouocabant. Christi que numen iugiter implorantes, ac canticum trium puerorum magna voce concinentes, tandem, flammis intantum sublatis, omnes simul exusti sunt. Quinque dies ignis sauebat, pascebat que vniuersa: magno sane gaudio Imperatore exultante, quod iam Christianis omnibus deletis, nullos prater ea superesse putaret: qui pro pietate vel hucere auderent.

*Dan. 3. Multa Christianorum militia cum templo comburuntur.*

Itaque ut dijs suis de tanta victoria triumphum ageret, fanum Cereris, quae erat apud eos dea maxima, ingressus est. Cumque execrandis intentus sacrificijs, gloriabundus ante aram consisteret, quidam ex numero militari, Zeno nomine, zelo plenus aduersus impios, exclamans: Erras, inquit, o Imperator, lapidibus & lignis, manu hominum fabricatis, sacrificas. Respice miser, & vel ex ipsis Dei operibus opificem agnosce. Ad eam vocem stupefactus Imperator: Quin, inquit, hominem istum tanta audacia ac temeritate reprimitis? Maxillas eius lapidibus confringite, & capite, ut par est, plectite. Contritis maxillis, parum spirans extra ciuitatem abductus fuit: ibique capitis abscissione martyrij corona redimitus est.

*Zenonis militis eximius pro pietate zelus.*

*Capite caditur.*

Post

Post hunc alius quidam compræhensus atque in vincula cõiectus fuit, qui literas ab Anthimo episcopo ad Dorotheum, eiusque socios deferebat. Delitescbat pontifex in vico quodam; & non modò precibus, sed literis etiam suorum animos in fide roborabat. Itaque literarum baiulus (erat is \* Diaconus) à Maximiani satellitibus tentus, & propter dicendi libertatem lingua prius exsecta, lapidibus obrutus constanter occubuit. Indè furorem ad Dorotheum eiusque socios conuertens tyrannus, Dorotheum quidem capitis damnauit; Mardonium verò incendio: & Mygdonium humo defossam vita spoliari iussit. Gorgonium autem & Indem ac Petrum molaribus ad collum lapidibus alligatis in mare præcipites agi.

\* forsan  
Theophilus  
nomine.  
Diaconus,  
lingua præ-  
cisa, lapidibus  
obrutus.  
Sex illustres  
martyres pe-  
rimuntur.  
a Eusebio &  
Nucephorus  
de Petro ali-  
ter sentire  
videntur:  
nempe quod  
in supplicijs  
animam ef-  
fluere.  
S. Domna è  
spelunca ve-  
nit in ciuitate.

Quæ ut casta rescivit Domna, quæ in antro delitescens herbarum radicibus & potu aquæ, vitam egrè sustentabat, haud mediocri est gaudio perfusa; maximè quòd Indem antiquum pristinæ certaminis sui consortem, tam glorioso sine coronatum intelligeret. Itaque martyrij similiter vehementer cupida, è spelunca ciuitatem adiit; omniaque perlustrans, cum templum in cineres planè redactum cerneret, ingentè lachrymarum vim profudit: tacitè eos foelices prædicans qui agonè suam per flamas compleuerant. Indè verò ad mare abiens, eccè piscatores in littore retia parantes & contos remosque expediètes, eam ad laboris pariter & prædæ societate inuitarunt. Illa verò alacri animo obtemperans, utpotè virili contexta habitu, cymbam est ingressa; missisque in profun-

*Diuinitus  
SS. Indes, &  
sociorum ve-  
perit cada-  
uera, S.  
Domna,*

*Sepelit ea  
propè in tu-  
mulo SS. Do-  
rothei & so-  
ciorum eius.  
S. Domna in-  
dixit ad  
heret San-  
ctorum reli-  
quijs eas co-  
lens.*

*S. Domna  
amputatum  
caput com-  
buritur.*

dum retibus, noctu, pellente caliginem luna, immane pondus persenserunt. Et ecce redi-  
tis ad littus nauiculis, inter piscium multi-  
tudinem, mortuorum corpora non sine stupore inuenerunt. Quæ Domna incredibili cū gaudio & lachrymis excipiens, in loco quodā profacultatum & temporis ratione aliquamdiu curauit, fouit; lachrymis abluuit: & lineis extersit. Inter ea officia alius quidam nauclerus diuina prouidētia ad littus ipsum appulit; qui cum Christianis esset initiatus sacris, gratulabundus sindones & vestes candidas, unguenta denique & suffitus è naui protulit: atque in deponendis sanctorum reliquijs, cum Domna laborauit. Quas illa omni cum reuerentia composuit, pariterque cum nauclero ad portam ciuitatis detulit: & corporibus Dorothei acque sociorum eius eodem in sepulchro sociauit.

Adhæsit verò deinceps, nauclero abeunte, sacris reliquijs sanctissima virgo; debitumque martyribus impedit honorem: ad eandē martyrij palmā votis precibusque sinè intermissione aspirans. Quod ut ad aures peruenit Maximiani, iussit eam gladio feriri, & iisdem eodem in loco martyribus sociari. Igitur præclara virgo, vitæ sanctitate & moribus ornatissima, multisque certaminibus incluta, truncato capite (quod homines nefarii igni tradiderunt) desideratam diu martyrij palmam adeptæ est.

Et paulò post præstanti sapientia vir Bothymius sociatus fuit; qui cum multos, per omne vitam, doctrinis & monitis Christo martyres obtulisset, acriter in se Maximiani furorem

fulci-



suscitauerat. Vnde multis eū prius tormentis à Christi confessione conatus est abducere: sed cum frustra inuictum pectus diu multumque exercuisset: celebrè illi mortem ense intulit.

*S. Euthymij  
martyriū.*

His igitur veluti quibusdam astris Nicomedia decorata, magnum & gratum emittit splendorem: qui auro & gemmis & margaritarum tyres multitudine & pulchritudine insignes, numero viginti millia; quorū vno, post Christi natalem, die peragitur memoria; tanto maiore gaudio, quod altero post die, Infantium certamina toto orbe celeberrima, maximo Christianorum omnium gaudio recoluntur: quod sicut illi ense, ita etiam hi igne, ad eandē & parem Christi gloriam peruenerūt. Quibus postremò accessit Glycerius, Zeno, Theophilus, Mardonius, Dorotheus, Indes, Petrus & Mygdonius: & tres denique virgines, Agape, Theophila & Domna, quæ in hisce certaminibus facilè primas obtinet.

*20000.  
Martyrum  
Nicomedia.*

Ceterum Anthimus, post hos omnes summa industria perquisitus, tandem inuentus Nicomediamque perductus, consummauit martyrium; non quidem breue atque leue, sed in quem Maximianus præ ceteris immensum odium concepisset; utpotè quem sibi antè alios aduersarium sentiebat (quo superstitè, spe cadere videri posset, ut quod conabatur, efficeret, de Christianis vbique delendis) in eum in quā ad se perductū, omnia quæ diu fuerat meditatus supplicia exercuit: ut lector singulatim videre poterit, in eius Actis 27. Aprilis Tom. 2.

VITA

Vide Not. C. *VITA SS. EUTHYCHII ET FLORENTII*  
*seruorum Dei: Ex D. Gregorij Papæ, libro*  
*Dialogorum tertio, Cap. 15.*

28. Decē.  
 Vbi vixerint.

*Euthychius*  
*multos à vitij*  
*ad virtutē*  
*trahit.*  
*Florentius*  
*vacat con-*  
*templationi.*  
*Euthychius*  
*fit præfectus*  
*monasterij.*

*Vrsus pastor*  
*ouium effi-*  
*citur.*

**I**N partibus Nursinæ prouinciæ Euthychius & Florentius, viri vita & habitu sanctæ conuersationis cultissimi, admirandis bonorum operum fructibus claruerunt. Et Euthychius quidem, præter vitæ morumque integritatem, insigni prudentia & spiritali zelo instructus, multos ab infœlici dæmonum seruitute ad Christi libertatem traducebat: Florentius vero summæ simplicitatis vir, precibus lachrymisque incumbens, in sola cælestium rerum meditatione sese exercebat. Aberat non longè ab eorum domicilio celebre monasteriū, quod suo pastore destitutum, tandem Euthychium præfectum postulauit. Ille precibus eorū haud cessit inuitus: relictoque Florentio in suo oratorio, vberiores multo, pietatis & industriæ suæ fructus collegit. Porro Florentius tanti amici præsentia orbatus, quod reliquum erat, die nocteque solitudinis suæ solatium aliquod à Deo postulauit: & ecce manè egressus, ante oratorij fores immanem vrsū stantem reperit; qui demisso humiliter capite, & omni feritate posita se ad obsequium viri Dei diuinitus missum esse ostendebat. Florentius, visa rei nouitate, vrsū à Deo sibi missum nihil dubitans, eum adduxit: & gregi suo pastorem præfecit. Constabat is grex ex paucis ouibus quas immanis illa bellua tanta cura & solitudine ad pastum duxit, reduxitque: ut iussu viri Dei, haud secus atque animal rationis capax,

capax, obtemperaret. Cumque tanti miraculi magnitudo longè lateque increbesceret, viri quatuor, beati Euthycij discipuli, inuidiæ stimulis acriter concitati, quod homo simplex miraculis inclaresceret, & eorum Præfectus prudentiæ & eruditionis laude celeberrimus, hac gloria careret, vrsus illum ex insidijs adorti occiderunt. Cumque hora consueta cum ouibus domum non rediret. Florentius admiratione percussus ad agrum tetendit, vrsusque, saluis ouibus, interemptum inuenit. Nec latuere eum diu sceleris auctores: quorum cum impium facinus magis quam vrsi interitum deploraret, nullumque omnino doloris sui remedium ab Euthycio admitteret, nescio qua animi passione commotus tandem ait: Spero quod malefici illi in hac vita antè omnium oculos nequitiae suae vindictam recipient. Vix hæc effatus erat: & ecce quatuor illi, elephantico morbo subito correpti, membris putrescentibus, interierunt. Quod factum vir diuinus adeò vehementer expauit, vt toto deinceps vitæ tempore, luctu lachrymisque sese deploraret: crudelem se & homicidam clamitans, quod à Deo hac in re exauditus fuisset. Quod idcirco Dei permisso accidisse credimus, ne vir miræ simplicitatis quantolibet dolore commotus intorquere vltra iaculum maledictionis præsumeret. Graue namque iaculum est malediciæ crimen; vlticibus non nisi flammis expiandum: testante Paulo; qui *1. Cor. 6.* maledicos regnum Dei possessuros negat.

Idem vir sanctus cum die quodam ingentem serpentium multitudinem domicilij sui fores obfi-

*Vrsus ab inuidis occiditur.*

*Diuinitus puniuntur occisores.*

*Cauendum à maledictione.*

*Florentius  
occisos ora-  
tione serpen-  
tes, per aues  
exportari  
curas.*

obsidere cerneret, eleuatis ad cælum oculis, fusa ad Deum oratione dicto citius pestem illam interneccione deleuit: deinde sollicitus quis eam tolleret, ecce, illo rursus orante uiuum adfuit copia: quæ stratos humi serpentes sustulerunt; Florentio, Christi bonitate admirante & hymnis atq; laudibus mirificè celebrante. Nec mirum sanè, virum illum tantæ simplicitatis tam facilè à Deo exauditum; ut potè qui ab omni profanorum hominum consuetudine segregatus, præcipua oris cordisque munditia enitebat: atque ab omnibus non dico noxijs, sed ociosis quoque verbis abstinebat.

*Euthycius  
post mortem  
claret mira-  
culis.*

Cæterum Euthycius licet in vita nullam miraculorum virtute claruerit, ne alijs multis magnisque dotibus mens eius oruata ad superbiam scopulos allisa in præcipitium rueret; post mortem tamen rerum maximarum gloria reliquias eius Dominus decorauit: atque celeberrimas reddidit.

*Vide Not. C.  
Baron. in  
Martyrol.  
Rom.* MARTYRIVM S. THOMAE ARCHIE-  
piscopi Cantuariensis: Ex eo quod est à M. Eduardo eius contemporaneo editum. Coronatus est anno Domini 1170. facta est eiusdem translationis, anno octauo Honorij Papæ tertij: qui fuit Christi 1224. iuxta Genebrardum.

*29. Decè.  
Patria &  
parètes eius.*

**T**HOMAS Cantuariensis antistes, inter alios, de quibus meritò Anglia gloriari potest, martyrio insignis, generis dignitate, opum gloria, eruditionis laude & animi magnitudine illustris, Londini Britanniam suo ortu illustrauit. Pater illi fuit Gilbertus, mater Mathildis: uterque non opibus

tantum & genere, sed quod multò præstantius est, morum integritate & innocentia nulli civium suorum secundus. Mater cum eum vterò gestaret, de futura illius sanctitate & dignitate varias fertur habuisse visiones: quas ipse sua natiuitate mirabiliter confirmavit, cum videlicet, ipso partûs die ignis è domo egressus paterna, magnam Londini partem inflammavit.

Vt primum per ætatem disciplinarû capax *Dat operam literis.*  
 literis adhibitus fuit, breui mirificos in ijs fecit processus; fecissetque maiores nisi fortunæ ludibrium spem cogitationum eius retardasset. Parentes enim in summa rerum omnium opulencia, crebris incendijs ac multis aduersis afflictis casibus, sedulam filij sui instituendi curam remiserunt: atq; postremò morte antè *Parentes aduersa conficiantur fortuna.*  
 tempus oppressi magnam illi eû orbitate calamitatè reliquerunt. Neq; tamen idcirco concidit animo Thomas; sed Richerio cuidâ viro opulento & nobili, qui patris hospitio frequenter uti solet, sese adiungens, factò cum Musis iam quodammodo repudiò, venatione & aucupio ferè se oblectavit: canibus auibusque ita gaudens, ut tamen virtutis studium nequaquam desereret; sed corpore ac mente castus & ab omni mendacio alienus in istos pietatis igniculos fouebat.

Cumq; parentibus iam orbatus propria virtute emergere deberet, Osberno cuidam insigni prudentia, & diuitiarû gloria in clyto viro, ei sanguine iuncto, toto ferè triennio adhaesit: cui in acceptis & expensis operam suam summa fide nauabat. Iamque adulta ætate ad hono-

*Degit in aula Cantuariensis Archiepiscopi.*

*Fit Archidiaconus Cantuariensis.*

*Æmuli eius.*

*Animi eius magnitudo.*

*Rex eum facit Cancellarium suum.*

honores & mundi huius dignitates aspirare videbatur, cum occulto Dei consilio in Theobaldi Cantuariensis Archiepiscopi noticiam familiaritatemque deuenit: qui tanta eum beneuolentia, propter iucundam morum grauitatem & singularem animi prudentiam, est complexus: ut suis eum consilijs, & publicis priuatisque negotijs adhiberet. Tum vero ludis & omni penitus leuitate reiecta, sensu perurgil & consilio prouidus, talem tantumque se Episcopo præstitit, ut ab eo multis magnisque decoratus beneficijs, tandem Archidiaconus, adiuncta Beuerlacensi Præpositura, crearetur. Nec deerant æmuli qui clam palam modò conuictijs, modò scommatibus eum appetebant: conceptumque virus modis omnibus euomentes ab aula Archipræfulis excludere nitentur. At ille inanes rabularum strepitus animi magnitudine contemnens, semper ad maiora nitentur: ut potè quod excelsi animi flamma humili loco hæere non posset.

Itaque Archiepiscopus perspecta viri virtute, singulari sapientia, & consiliorum maturitate eum Regi ab eximia prudentia, fide & veritate commendauit. Rex explorata prius viri integritate, præstantique virtute, confestim eum totius regni Cancellarium constituit: auctumque honoribus, cumulatam diuitijs; prædijs denique & possessionibus; non minori quam seipsum electo militum numero stipauit. Adamabat enim vehementer eximiam viri prudentiam, cæterasque dotes, quas plena manu Dominus in eum congesserat. Nullus eo discretior; nullus munificentior; nemo prudentior habebat.

habebatur. Tantam sibi & Regis & totius regni conciliarat gratiam: vt non minori cunctis amori, quam admirationi esset.

Interea Theobaldo ex humanis sublato, Rex Cancellarium suum, quod eum sibi suisque rebus ad omnia obsecurum speraret, in defuncti Antistitis honorem summa cum auctoritate substitui curauit. Coactum est Londini Concilium; confirmata electio: & Thomas solenni deuotione Cleri, atque mirifica populi totius gratulatione Cantuarium introducit. Ibi consecratus, cum suscepti muneris dignitatem difficultatemque sedulo perpenderet, tum maioribus virtutum omnium adminiculis ad tanti oneris administrationem opus esse decernens, post diuersos poenitentiae labores spontaneè susceptos, Canonorum, quos regulares vocant, institutum habitumque est amplexatus; terrenisque rebus procul ab animo remotis, tota mente caelestia est consecratus: seuis in seipsum exactor; vt hostiam viuam, sanctam, Deo placentem sese mactaret & immolaret. Gulam tenui domabat victu; illicitos animi motus sacre lectionis & orationis assiduitate comprimebat; naturalis incendij flammam somno breuiori & elicio aspersori coërcebat. Quidquid antea mundanum & fluxum senserat, largo lachrimarum imbri diluit; & pij amoris incendio in ara cordis concremauit: graueque sibi bellum indicens, quas prius sordes peccatorum contraxerat, poenitentiae nitro egregie expurgauit. Iustitiae adeo tenax erat, vt nullis vel minis vel blanditijs ad prauam semitam inflecti posset. Post habita quoque terreni Regis voluntate

Ggg & b.

*Consecratur  
Archiepiscopus  
Cantuariensis.*

*Amplectitur  
institutum  
Canonorum  
Regularium.*

*Sibi ipse  
crebellum  
indicit.*

& obsequijs, sacris summum sibi Regem conciliabat vigilijs, ieiunijs, precib<sup>9</sup>, lectionibus, & quod caput in eo erat, largissimis elemosynis. Tantam enim pauperum multitudinem fouebat quotidie, vt citius petentes desse, quam dandi voluntas in eo deficere videretur. Atque vt largissimus benignitatis fons perpetue flueret, possessiones Ecclesie conseruabat, alienatas recuperabat; pristinumque Ecclesie sue ius reformabat.

*Innumeros  
fouet pauperes.*

*Patitur persecutiones.*

Hæc res cum sacrilegos quosdam rerum Ecclesiasticarum vsurpatores pessime haberet, tum nihil non moliti sunt, vt Regem eiusque familiam Antistitem concitarent; opportunis ad eam rem vsu calumnijs: dicentes eum regias consuetudines & donationes velle abolere, & ad præscriptum Canonum, Clerum populumque moderari. Hinc ipse Rex suspicatus se contemptui haberi ab eo, quem tanti fecerat, eoque dignitatis & honoris exuerat, crescente sensim animi acerbitate, eum à secretis amouit consilijs: & diuis factisque occultum animi virum expromere cepit. Postremo ab impotenti iræ suæ dominatu victus Rex, convocata Episcoporum multitudine, præsentem Archiepiscopum regnique proceribus, sancitas iam olim ab auo suo regni consuetudines, quas ipse propositurus esset, confirmari postulauit. Ibi tunc Thomas ecclesiasticæ libertatis vindex eximius, nullius se parere velle legibus respondit, quæ cum diuinis aperte pugnarent. Applaudunt constanti prudentique viri responsio antistites omnes; vno tantum excepto; qui vt amissam iam ante Regis amicitiam recuperaret, foeda se adulatione contaminans, clam persuasit Regi, vt ali-

*Contradicit  
Regi quædam  
contra fas  
exigentia.*



aliquot antistites quavis tãdem ratione ab Archiepiscopi partibus auelleret: quò sic demũ coniunctis viribus robustum illius pectus expugnarent. Cessit hoc Satanæ insidijs ex animi sententia, & tres episcopi in fraudem impulsu iniquas Regis partes per fas perq; nefas tueri, fouere, & æquas ac iustas esse docere conati sunt. Accessit præterea Abbas quidam, magnæ existimationis vir; qui è transmarinis superueniens regionibus, affirmabat se summi Pontificis & Cardinalium adferre literas, quibus Cantuariensem Præsulem ad consentiendum Regi hortabantur. Adhibuit deindè exactissimã, qua plurimũ pollebat oris facundiã Abbas; qua tandem viro sancto suasit, persuasitque: vt auitas regni consuetudines seruaret. Thomas cum nihil fraudis subesse existimaret, verbo promisit, Regi se consuetudines diuino iuri non contrarias seruaturum. Tum Rex vt palam coram omnibus idem polliceretur, vrgeret cœpit. At Archiepiscopus latẽtem fraudem ilicò sentiens, grauitèr ingemuit: & seipsum nimix facilitatis damnans, pedem retraxit. Spectabat enim hoc solum Rex vt Ecclesiasticam libertatem in ius regium redigeret: & ipse vitæ pariter necisq; potestatem in Christi Sacerdotes haberet. Quod ne fictum falsumq; videri possit, simulque vt intelligi queat, quam iustè ac sanctè Archiepiscopus se Regi opposuerit, non erit abs re, vel sola sex iniquæ constitutionis capita, ab Rege oblata, subiungere.

Itaque petebat Rex: Ne ad sedem Apostolicam sinè Regis, licentia appellaretur. Ne

Ggg 2

Archi-

*Quidã episcopi malè persuasi ad-baren Regi.*

*Abbas cum iustam nefarij dolus.*

*Auitas, hoc est, ab Auo Regis institutas.*

*En impiam Regis mentem.*

*Rex iniqua  
constitutio-  
nis arxici  
sue capita.*

Archiepiscopus & episcopi è regni finibus sine licentia Regis excederent. Ne sententiam excommunicationis in Regis subditos proferrent. Quod non liceat Episcopo aliquem de periurio vel læsa fide coercere. Quod Clerici sæcularibus subiecti iudicijs punirètur. Quod laici, seu Rex, seu alij, causas de decimis ve ecclesijs deinceps tractarent.

*Constantia  
S. Thomae  
pro Ecclesia  
stica libertate  
se tuenda.*

Hæc cum vir sanctus constanter reiiceret, Rex vehementi ira excandescens, Clero minas intentare, & Ecclesiæ perniciem moliri. Duo adhuc antistites sacro Præsuli suo adhærebant: qui imminentis periculi magnitudine percussis, precibus lachrymisque Thomæ animi ad Regis voluntatem inflectere conati sunt. Accessere dein milites duo, ex eorum numero

*Malè per-  
suasus à bo-  
nis viris con-  
sentit Regi.*

quos Templarios vocant, fidei sanè & veritatis amantes: quorum lachrymis & obtestationibus fractus tandem Archiepiscopus (præsertim quod affirmarent Regem nihil novi moliturum) publicè spondit, se bona fide leges & regni consuetudines seruaturum. Rex confestim, Audistis, inquit, quid promiserit Archiepiscopus. Volo igitur ut idè reliquis præcipiat episcopis. Et Thomas; Permitto, inquit, moxque assensere omnes. Tum Rex leges sui recitari, & sigillo Archiepiscopi muniri præcepit. At Thomas, deprehensa fraude, incredibili animi dolore affectus, interposita fide, quam Deo debebat, negavit hoc se viuo su-

*Sibi ipsi in-  
terdicit Missæ  
sacrificium.*

turum. Indè è regia excedens sese lamètis tradidit: totusque sibi ipsi supra modum iratus, à sacrosancto Missæ abstinuit officio: donec à summo Pontifice esset absolurus.

Res

Rex interea, eiusque ministri, odio & ira in Antistitem furentes, multis eum & intolerandis diuexabant cōtumelijs: quas ille insita animi magnitudine ita sustinebat, ut mortem etiā pro Ecclesiasticā libertatis defensione subire paratus esset. Erant per id tempus dissoluti admodum Clericorum mores, multiq̄ue diuini pariter & humani iuris fractis repagulis per omnia libidinum genera vagabentur. Quos cū Rex sæculari subiectos iudicio, pro criminum varietate supplicio affici vellet, Archiepiscopus sese constanter opponens, non tulit, ut in sanctæ matris Ecclesiæ contemptū diuino cultui mancipati laicis legibus plecterētur. Quin potius à se puniendos asserens, Regem magna animi libertate reprehendit, quod Ecclesiastici iuris potestatem nefario ausu sibi sumeret. Tum verò vehementius excandescens Rex, omnia mentis suæ consilia in apertam Pontificis conuertit perniciem; implacabili animi indignatione commotus: quam solus Sacerdotis sanguine leniri posse apparebat.

Itaque regio furori temporiq̄ue non nihil cedendum esse ratus, ut ope & auctoritate Summi Pontificis desolatæ Ecclesiæ & oppresso gregi subueniret, paucis assumptis nauem ingreditur; sed nauæ Regis iram veriti, negabant se hoc vento, eo posse pertingere, quo ipse velit. At ille comiter, Si etiam, inquit, vēti nobis aduersantur, Domini fiat voluntas. Dum hæc fiunt, miles quidam è Regis domesticis calumniam viro sancto apud Regem intenuit. Indictus tunc erat Norhantume publicus conuentus. Ibi citatus Archiepiscopus

Ggg 3 excu-

*Ecclesia  
Cl-ri libero  
tat: m. con-  
stant: sime  
defendit.*

*Nauæ esse  
nolunt tra-  
ducere.*

*Accusatur  
falsò apud  
Regem.*

excusat se per morbum, quo grauius cōflicta-  
batur. Iratus Rex excusationem non recipit;  
pūans eum iudicium subterfugere. Citatur  
ergo ad Regis tribunal. Comparet vir sanctus;  
orat submissè, vt pro vtriusque salute patiat  
ipsum ad Pontificem ire. Indignatur ille; iu-  
bensque ocus decerni, qua poena sit multan-  
dus, quingentarum librarum condemnatur.  
Ingemiscit Christi Sacerdos, in loco iudicij  
iniquitatem videns. Agitur deindè de eo quod  
miles ei intentarat. At Archiepiscopus magna  
libertate respondēs, negat eam rem ad regios  
pertinere ministros, sed ad Ecclesiæ iudicium:  
neque posse, ait, militem intentatum crimen  
probare. Is miles eodem anno cum duobus fi-  
lijs extinctus est; quod non esset veritus mitte-  
re manum in Christum Domini.

Cū hac via modoque nihil proficerent ad-  
uersarij, eo conuersi sunt, vt eorum, quæ in of-  
ficio Cancellarij gesserat, redderet rationem:  
licet iam antè publicè atque honorificè ab e-  
iusmodi liber pronunciatus fuerat. Laborabat  
tūc graui dolore splenis: lecto que affixus aeger  
trahebat spiritū; & tamen rationē reddere co-  
gebatur. Alterò itaque die ad regiam iturus,  
oblato prius cum multa animi pietate & la-  
chrymis Missæ sacrificio, stolā induit, & dex-  
tera Crucem tenens, pro Ecclesia decertaturus  
ad Regem perrexit. Ibi tunc duo episcopi, vi-  
sa Cruce, vt eam deponeret, hortati sunt: asse-  
rentes eum gladium aduersus Regem ferre.  
At ille, Crux, inquit, pacem adfert, non gla-  
dium: pacificans quæ in cælo & in terra sunt:  
& ego pacem volo, nec Crucem depono. *Inte-  
rim*

*Citatur ad  
tribunal Re-  
gis.*

*Dimittatur  
500. libra-  
rum.*

*Vltio diuina  
in accusato-  
rem impium.*

*Cum exerce  
pergit ad  
regiam.*

*Colof. 2.*

rim audit à quibusdam, qui Regis consilio interfuerant, eo die, ni sibi consulat, se vel capitis vel certè carceris damnandum esse. Ille verò pro se intrepidus, pro Ecclesia anxius, ad summum prouocat Pontificem. Ea re cum omnes haud mediocriter turbarentur, tū Vintoniensis antistes, vt episcopatu se abdicaret, eumque Regi permitteret, hortatus est. At ille: Non ea, inquit, conditione episcopatū suscepi, vt Regi eum tradam, sed vt pro illo etiam meipsum impendam.

*Prouocat ad Pontificem.*

Inter hæc aliasque difficultates innumeras, improbo malignorum quorundam horatatu, & venenato sibilo, postremò tanquam communis pacis proditor carcere damnatus fuit. Qua accepta sententia, non stans, ne derogaret sacerdotij dignitati, sed sedens respondit magnificè, maiorem à minoribus non debere iudicari: se illorum non teneri sententia. Ordo, inquit, confunditur, si pastorem ouis, magistrum discipulus, patrem filius verberet. Non tantum aurum ferrum antecellit, quantū

*Damnatus carcere vis sanctum.*

sacerdotium regiam potestatem. Addidit etiam post interpositam appellationem nolle se audire iudicium. Quibusdam dicentibus, quod amplas à Rege obtineret hæreditates, respondit ille: Non est hæreditas quam teneo: nec à Rege, sed à Deo sunt, cui in elemosynam data sunt, quæ obtineo. Grauius deinde præcipiens, ne ea die in ipsum ferrent sententiã, sed eumque Apostolicam appellans, nihilominus condemnatus est. Abeuntem illū è Concilio, vndiq; conuicijs insectantur; clamitant, Ecce proditor Regis abit: certatimque

*Sacerdotium præstantius regia dignitate.*

*Vide quantum vir tunc lacereur conuicijs.*

Ggg 4

con-

contortis eum appetentes straminibus, alijque id genus contumelijs, haud multum aberat, quin discerperent, ni Regius satellites illatum eum conseruasset dimississetque.

Tum verò vir Domini solo patientiæ clypeo munitus, solis sex ministris comitatus, ceteris metu Regis hinc inde dilapsis, ad monasterium abiit: vbi retrò altare, tanquam tuto ibi quieturus, lectum sibi parari iussit. Profundis autem imminentibus tenebris, duobus fratribus & famulo iurimisi fideli stipatus, vrbem egressus est: largissimorum imbrium beneficio & hyemalium tempestatum beneficio insidias deuigans. Tota verò nocte iter agens primum Lincolniam venit; vbi mutato & habitu, & nomine, (nam frater Hermanus dictus est) alio se contulit: ac tandem, ingenti miseriarum cumulo deuorato, Romam appulit. Ibi cum prudenter Ecclesiæ causam coram Pontifice ageret, tum sanè constanter, Cardinaliū quorundam, qui Regis partes tueri nitebatur, argumenta ita confutauit: vt non mediocrem ea die optimi Pastoris & Pontificis laudè obtineret.

Cæterum Rex Angliæ vt percepit illū iam in tuto collocatum, furorem suum rabiemque in omnes eius cognatos conuertit: neque vlla vel ordinis vel gratiæ, vel sexūs habita ratione, nudatos facultatibus, è toto regno proscripsit: vt maiore animi dolore viro sancto inureret. Fuit ea cognatorum calamitas sancto martyri perquam acerba. Sed Deus afflictū propter se martyrem suum nequaquam deseruit. Permo- uit enim Franciæ Regem regniq̄ue proceres, vt li-

*Clam exco-  
dit è regno.*

*Venit Ro-  
man.*

*Cognati eius  
multe mul-  
tati.*

*Franciæ Rex  
& Præceres  
ei multa lar-  
guntur.*

ut liberaliter ei suppeditaret, quod & ipsi & omnibus cognatis eius sufficeret. Degebat tunc vir sanctus in Pontiniacensi monasterio; ubi annis admodum duobus incredibili vitæ austeritate sese afflixit, & multis certaminibus ad martyrij palmam exercuit. Porro Rex Angliæ dictis factisque innocentem persequens, Abbatem Cisterciensium (cui Pontiniacenses æquæ, ut alij eiusdem instituti monachi parebant) per literas significavit, ut eum monasterio excluderet: ni mallet breui omnes eius Ordinis monachos in Angliâ degentes recipere. Quod ex Abbate ut rescivit Thomas, ilicò præsentem rerum suarum statum, per omnia lamentabilem, Ludouico Franciæ Regi per literas aperuit; qui Pontiniacum ocyùs aduolans, inde eum honorificè secum abduxit: atque in S. Colombarum monasterio, Senonibus propinquo, collocavit: ubi regijs impensis annos quatuor sustentatus est. Et quidem licuisset in episcoporum & Archiepiscoporum aulis demorari, consuetisque honoribus circumfluere: sed ut reconditum diuini amoris ignem in cordis sui penetrabili turtius foueret, excitaretque sopitum, vitabat publicum; totumque sese Deo in holocaustum offerens, precibus lachrymisque ad futurum martyrij certamen mentem pariter & corpus aptabat. Neque enim sola cogitatione acerbissimos corporis cruciatus pertractabat, sed amoto à dorso cilicio, facellanum singulis noctibus in corpus flagello, usque ad sanguinem lauire cogebat: ita ut nonnunquam facellanus ipse fatigatus succumberet. Iam antè enim secundum quietem à Christo præmonitus

*Absentem etiam persequitur Rex Angliæ.*

*Rex Franciæ eum magnè afflicti honorè fouet.*

*En quomodo hic vir sanctus corpus suum castiget & in se uirtutem re-*

Ggg 5 fucgat.

fuerant, Ecclesiã eius sanguine esse illustrandam. Itaque vir magnanimus, ut maiore cum Christi gloria & Ecclesiæ utilitate certamen illud perageret; tanquam fortis & gnauus miles; qui in æstiuis, aut hybernis agit, aut dum induciæ præstant; nequaquam inerti otio contabuit, sed omni certaminum genere ad futuram palæstram die nocteque sese exercuit.

*Renouatur  
in Angliam  
post septimū  
exilij sui an-  
num.*

*Quosdam ex  
abominatis,*

Tandem post longa exilij incommoda, post varias velitationes, quæ inter Franciæ Regem & Angliæ, viri sancti causa, agitatae sunt, septimo exilij anno pax restituta; & libera in Angliam redeundi potestas Archiepiscopo facta est. Sed vir sanctissimus non ignorans nihil sibi in hac vita præter tentationes & pericula superesse, tanto feruentius ad futuram properabat vitam, quanto certius ad palmam se accedere prospiciebat. Itaque ad sedem reuersus, summa cum animi deuotiōe ac puritate Christi celebravit natalitia; peractaque concione, vnum ex regijs ministris terribili sententiâ perculit: itemque Randulphum hominem sceleratum, totius malitiæ incentorem anathemati subiecit.

Postremò adiecit: A Christo IESU sine maledicti, qui inter me & Dominum meum Regem odij & discordiarum fomitem suscitant. Hæc ut in regia omnium sermone diuulgata sunt, Rege admodum stomachante atque inertiam suorum ipsis exprobrante, quod à plebeio quodam (vti aiebat) clerico ipsum tam probrosè paterentur illudi, quatuor viri nobiles & genere conspicui; mox in necem sancti viri conspirarunt; atque Rege inscio Cantuariam



riam nefarium facinus patraturi, mare traiecerunt.

Igitur altero, post sanctorum Innocentium, die pestifera cogitatione pleni, ad Archiepiscopum venere; cui pro honorifica non minus, quam pacifica salutatione, maledicta reddere: adeoque in Praesulem sanctissimum furore & rabie exarsere, ut si per alia licuisset hasta pro-

tinus eum confodissent. Tandem post minas & conuicia sacrilego ore in Christi Sacerdotem congesta: ex mandato Regis, ut illi fingeant, cum omnibus suis in regno excedere iubent. Quibus episcopus: Non veni, inquit, ut fugerem: sed ut pro commisso mihi grege ad mortem usque decertarem. Non me terrent minae vestrae; non gladii: qui si prompti paratique sunt ad ferendum, promptior ego ad martyrium obendum. Illis cum clamore & contumelijs abeuntibus, vir Dei animo imperterritus suos consolabatur: se interim nulla consolatione egere, vultu verbisque egregie declarans.

Mox illi loricati, securibus gladiisque armati reuertuntur. Cumque obseratis foribus introitum non inuenirent, occultiore per pomarium via ad ligneam sepem diuertunt: ferroque & magna vi aditu patefacto, penetralia domus ingredi parant. Eo horribili strepitu ministri & Clerici penes omnes territi vehementer, fuga salutem quaesire. Pauci qui remanserant, ut in ecclesiam se recipiant, sacroque asylo imminens mortis periculum redimat hortantur. Recusat ille: indignum Sacerdote esse docens, mortem pro Ecclesiae libertate & iustitiae defensione formidare, instant nihilominus monachi;

orant

*Quatuor Regis aulici Cantuariam veniunt ad occidendum Archiepiscopum.*

*Mentuntur turpiter in eius presentia.*

*Clerici omnes ferè praetimore eum deserunt.*

orant obsecrantque. Cumque nulla vel ratione, vel precibus, permouere eum possent, inuitum tandem & reluctatem in Ecclesiam asportant. Sequuntur cursu rapidissimo quatuor illi nobiles cum Hugone deplorata nequitia diacono; armis pariter & verbis necem spirantes, Monachis autem fores Ecclesiae obserare volentibus vir sanctus acriter restitit, praclare suos instituens: Triumphum ex hoste, patiendo quam pugnando fieri celebriorem.

*Sententia.*

*Sacrilegi in Ecclesiam irruunt, ut eum occidant. Inuita animi eius fortitudo.*

Interea sacrilegi adsunt carnifices; Thomam Beketh, Regis & regni proditorem furibundi inclamantes. Eo respondente, maiori contentione vociferantur: ubi est Archiepiscopus? Tum ille intrepidus plane atque imperterritus, Ecce adsum, inquit, non regni proditor, sed sacerdos: paratus pro illo sanguinem fundere, qui, me precioso suo sanguine a morte redemit. Illis vrgentibus, ut percussos anathemate absolueret, respondit vir sanctus: Tum demum absoluam, ubi iusto animi dolore, ob admissa facinora, prostratos videro. Et illi: Nunc igitur morieris, & pro meritis recipies. Non recusato, inquit ille, gloriosam pro Domino meo mortem subire, ut Ecclesia meo sanguine pacem & libertatem assequatur. Mox illi facto impetu, extra Ecclesiae fores extrahere eum conantur, ut illic aut gladijs confoderent, aut vinculis constrictum in carcerem abriperent. Sed cum difficile loco moueri posset, & vnum ex eis acrius insistentem remouisset, is terribili incensus furore, enssem contra eius verticem vibrauit.

Tum vero pius & sanctus Antistes, cernens pro-

promissam martyrij adesse coronā, cervicem  
 instar orantis inclinavit: iunctisque & sursum  
 erectis manibus suam & Ecclesie causam Deo  
 commendavit. Vix ea prolocutum, nefandus  
 vir veritus ne populus eum ex manibus ipso-  
 rum eriperet, coronam capitis eius, inflicto  
 vulnere, tanta vi amputavit, ut pariter secaret  
 & præcideret brachium isthæc referentis: qui  
 solus, cunctis & monachis & clericis in fugam  
 versis, sancto martyri constanter adhæsit, &  
 inter vlnas eum cōtinuit, donec altera earum  
 amputata est. Additus indè est & alter ictus:  
 què immoto corpore placidè excepit. Tertio  
 percussus, flexis genibus submissa voce dixit:  
 Pro nomine IESU, & Ecclesie defensione mori  
 paratus sum. Tum verò tertius ex illis sacri-  
 legis percussoribus, ita procumbenti graue in-  
 flixit vulnus, ut cum sanguine pariter è capite  
 cerebrum in eius faciem deflueret. Quarto in-  
 terim superuenientes abigente, ut ceteri in ea  
 cæde liberius versarentur, postremò loco ac-  
 cessit is, quem antè diximus, Hugo execrabilis;  
 positoque in collo sanctissimi martyris pede,  
 quod finè horrore dici non potest, cerebrum  
 cum sanguine per pavementum sparsit, aitque  
 ad illos quatuor: Abeamus hinc: iste, posthac  
 non resurget.

In his omnibus incredibilem licebat sancti  
 martyris videre constantiam, ut qui neque ma-  
 num, neque vestem percussoribus opponeret:  
 imò nè gemitum quidem aut aliquam doloris  
 significationem exprimeret. Hoc igitur modo,  
 cæde patrata, infoelices illi & ceteris homici-  
 dis immaniores, gloriabundi per ædes Archi-  
 episco-

*offerit eervu-  
 cem percus-  
 soribus.*

*Hic videtur  
 Author seip-  
 sum signifi-  
 care.*

*Tertio ictu  
 sanditur  
 martyris ce-  
 rebrum.*

*Nefandum  
 & horribile  
 facinus Hu-  
 gonis Diacono-  
 ni.*

*Magna viri  
 sancti patien-  
 tia & con-  
 stantia.*

*Diripitur  
domus Ar-  
chiepiscopi.*

episcopi discurrunt; aurum, argentum, vestes, vasa preciosa, libros & Ecclesie chartas, per multaque alia diripiunt. Inde in eius clericos, clientes & parentes, publica potestas suam exercet tyrannidem, diuersisque affectos contumelijs, priuat facultatibus: ita vt miseri & medici per ignotas dispersi regiones vagarentur. Magno sane omnibus horrore fuit tam crudele facinus in ecclesia designatum.

*En vt cor-  
pus occulte  
domarit.*

Postero die sacrum martyris corpus ad abluendum de more nudatum, aspero & porrecto ad genua succinctum cilicio, est inuectum. Quae res largos ex praesentium oculis lachrymarum expressit imbres: cum cernerent tantum poenitentiae rigorem, qui antea paucissimis vix familiaribus cognitus fuerat. Conditum inde est venerandum corpus honorifice admodum atque reuerenter; quod tantis non multo post illustratum est miraculis, vt ea fidem plane vincere putarentur: nisi adeo manifesta & & gloriosa forent, vt multiplicatis ipsa etiam aduersariorum impietas ijs cedere coacta fuisset.

*Sepulchrum  
eius eximie  
miraculis ce-  
lebre.*

*Deus vlcif-  
citur marty-  
ris sanguine.*

Cum autem toto bienio, demptis diebus decem, diuinae laudes, & Missarum solennia in eius ecclesia conticuissent, subito & praeter omnem expectationem, Deo fusum martyris sui sanguinem vlciscente, turbulenti seditionibus regnum agitari coepit: bellaque intestina adeo illud dilacerarunt, vt filius in patrem, pater in filium insurgeret: prorsus vt tota Anglia a facie cladis imminentis contremisceret. Obfidabant eam hostes vndique; & intus exitiales

vasta

vastabant seditiones: ita ut nihil præter extremum excidium superesse videretur.

Itaque sancti martyris aduersarij animis fracti, cum Deo in gratiã redire, & admissum crimen dignis pœnitentiæ lachrymis delere studere. Denique ipse Rex per visionem admonitus, nullam aliam, nisi conciliato martyre, recuperandæ pacis superesse ratione: corde cõtrito & humiliato ad monumentũ beati martyris veniã petiturus properauit. Cumq; Cantuariam venisset, ab æde B. Dunstanni ad summum templum vsque, in quo S. Thomas cõditus erat, nudis pedibus & cõmuni veste lachrymabundus processit: non pedum teneritudine, non viarum asperitate retardatus. Vbi ad ecclesiæ fores venit, procidit & adorauit: porro locum ingressus, qui eius martyrio consecratus est, lachrymis infudit: deindẽ dicta confessione coram Episcopis, multo cum tremore ac reuerentia ad loculũ martyris accessit: ibique toto corpore prostratus, fuso, cum crebro singultu, lachrymarum imbre, palam se reũ proclamauit; veniamq; precatus, quod sanctũ virum tam perrinaciter esset persecutus, non tamen occidi voluisset: omnia Ecclesiæ iura & dignitates in integrum restituit; additisq; insuper è suo 30. librarũ redditibus supplex martyris pro se ad Deum intercessionẽ postulauit. Deindẽ (neque enim hic finis erat) exteriori se nudans veste, caput & scapulas in tumuli fenestram magna humilitate submitit; primoq; ab Episcopis quinq; cæsus est: deindẽ à monachis amplius 80. ternos accepit ictus; atque ita solenniter absolutus est. Post hæc nuda residens

*Obserua singularem Regis pœnitentiam.*

*Rex omnia iura & dignitates Ecclesiæ restituit Cantuariensi.*  
*Nota hæc.*

/hura

humo; nudis, ut venerat, pedibus; atque ieiunio  
toram illam in precibus exegit noctem; præ-  
clarum atque admirandum cunctis Principibus  
& Regibus se præbens exemplum; quale in hi-  
storijis non faciliè reperire liceat.

Eodem autem illo die, quo Rex pro suis in  
martyrem peccatis satisfacturus, Cantuariam  
venit: Comes Flandriæ, qui cum immenso ex-  
ercitu in Angliam trajcere statuerat, mutata  
illicò sententia, recessit. Altero verò die Sco-  
tiæ Rex, Angliam vastaturus, in acie compre-  
hensus est: & breui omnes conticuere hostes.  
Neque dubium sanè, quin Thomæ potissimum  
precibus meritisq; optata regno redierit tran-  
quillitas: Præstante Domino nostro Iesu Chri-  
sto, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & re-  
gnat in secula seculorum: Amen.

*Coronati sūt*

*teste C. Baro.*

*Tom. 2. An-*

*nal. anno*

*Christi 1301.*

*Marcel. Pa-*

*pæ 5. Diocle.*

*& Maxim.*

*Imp. 13.*

*30. Decē.*

*Comprehen-*

*ditur à Venu-*

*siano Præsi-*

*de.*

*Sabinus con-*

*fringit Iouis*

*simulachrū.*

**MARTYRIVM SS. SABINI EPISCO-**

*pi, Exuperantiij & Marcelli Diaconorum, &c.*

*Ex ijs quæ extant in Martyrolog. Venerabilis*

*Beda, & Archiepiscopi Adonis.*

**B**EATVS Sabinus Spoletinus antistes cū  
diuinis eloquijs egregiè instructus, præ-  
stanti sua facundia Christianam rem mi-  
rificè locupletaret, Venustianus Tuscæ Præ-  
ses de cultu deorum suorum sollicitus, cū duo-  
bus diaconibus Exuperantio & Marcello, &  
multis clericis, eum comprehendit: & domum  
suā perductos ad thura Iouis simulachro, quod  
mira superstitione colebat, offerenda compelle-  
re nitēbatur. At Sabinus hominis errorem mi-  
seratus, fusa ad Deum oratione, simulachrum  
mani-

manibus suis pavimento allisit, confregitque. *Truncatur*  
 Quo factō, Venustianus tāto furore excāduir, *manibus.*  
 vt antistiti manus confestim præcidi iuberet.  
 Neque ea crudelitate contentus, Marcellum *SS. Marcell.*  
 & Exuperantium in eculo suspensos fustibus *Exuperā-*  
 macerari, latera eorum vnguibus radi, & igne *tia reddunt*  
 supposito tamdiu cruciari mandauit: donec in *spiritu, post*  
 Christi confessione spiritum redderent. Quo *immensa*  
 rum corpora in fluium præcipitata sunt: Sa- *tormenta.*  
 binus verò Episcopus foedo carceri mancipa-  
 tus est.

Erat eo tempore Serena quædā, insigni pie- *Serena v. i.*  
 tate & religioe vidua, quæ Sabini antistitis cu- *dua curam*  
 ram suscepit: eumq; & pait; & omni, qua po- *gerit S. Sai. i.*  
 tuit, humanitate fouit. Erat ei nepos Priscia- *ni.*  
 nus nomine, oculorū lumine miserè orbatu:  
 cuius oculis Sabinus truncas imponens manus *Sabinus ce-*  
 mira facilitate lumen reformauit. Quo mira *cum sanat.*  
 culo vndecim viri, qui eodem carcere vincti  
 tenebantur, pedibus illius ilicò prostrati, sa-  
 lutare regenerationis lauacrum, impio deorū  
 cultu abiurato, postularūt. Abluit eos sanctus *Baptizat v.*  
 martyr; expiatosque in Christi confessione e- *ros vnde-*  
 gregiè confirmauit. *cim.*

Eodem tempore Venustianus tanto tamque  
 vehementi oculorum dolore laborabat, vt ne-  
 que cibum, neque potum, neq; somnum capere  
 posset. Doloris itaq; victus magnitudine, per  
 vxorem & duos filios Sabinum è carcere domū  
 suam adduci curauit. Veniētem venerabundus  
 excepit: eiulque pedibus cum fletu prostratus,  
 & sibi, & vxori, & filijs, baptismū supplex im- *Venustianus*  
 pertiri petijt. Ea re gausus vehementer Sabi- *credas cum*  
 nus, catechesi eos exactè instruxit; & tūc *familias*

H h h

f. te

fonte ritè expiauit: quo tempore omnis oculo-  
rum dolor repentè celsit.

Fuère hæc continuò Maximiano nunciata; qui pro sua in Christianos rabie Sabinum da-  
mnari, & Venustianum capite truncari iussit.  
Lucius tribunus crudelitatis executor, Venus-  
tianum cum vxore & filijs in ciuitate \* Affi-  
nate capite plectit. Sanctum verò Sabinu Spo-  
leti plumbatis tamdiu cædi præcepit: donec  
in Christi confessione spiritum exhalaret. Cuius  
corpus Serena, quæ iam sacras eius manus  
in vitrea pixide cum aromatibus condiderat,  
vno plus minus, à ciuitate Spoletana, millia-  
rio, honorificè sepeliuit.

## VITA S. SYLVESTRI PONTIFICIS

Romani præstârissimi: Ex ijs quæ extant apud  
C. Baronium. Obijt anno à Christi Incarna-  
tione 335. Constantini Imperatoris 30. cum  
sedisset annos 21. menses 10. & diem vnum.

Tom. 3. An-  
nal. C. Ba-  
ron & in  
Notat. ad  
Martyrol.  
Rom.

31. Decèb.  
Patria &  
parètes eius.  
\* al. Iusta.

\* al. Caritiã  
S. Syluester  
à Curione  
presbytero  
instituitur.

**D**IVINVS planè vir & magnum Ortho-  
doxæ Ecclesiæ ornamentu Syluester, Ro-  
mæ patre Ruffino, matre verò \* Iustina  
ingenuis omniq; honestate ac probitate con-  
spicuis parentibus natus est. Præstanti indole  
puer, à teneris sanctiora vitæ instituta summo  
studio & diligentia sectatus legitur. Iuuenis  
adhuc, \* Curionem quendam eximia fide &  
eruditione presbyteru secutus est: à quo Chri-  
stianæ fidei edoctus mysteria & sanctissimis  
disciplinis ritè imbutus, ac succedente tem-  
pore à Marcellino Papa presbyter ordina-  
tus, eos præcipuo ac singulari quodam amore  
& honore profecutus est, quos expiandis mor-  
taliu



talium animis operam è Christiana disciplina nauare cognoscebat. Ita que inter alios, quos *Mirè est ho- spitalis.* Romæ peregrinos excepit, Timotheum quen- dam, virum diuinû, qui Antiochia Romam pe- regrinus aduenerat, & strenuâ multiplicandæ rei Christianæ operâ impendebat, anno vno & paulò amplius domi suæ fouit; nihil verit<sup>o</sup> im- piorum minas supplicia que: quæ diuini verbi præconibus eorumq; fautoribus cõstituta erât.

Enimue; ò Timotheus post vberem messem, in Ecclesiæ horreum magno labore à se conge- stam, tandem in vincula coniectus, & longo *S. Timothee pro fide no- catur.* carceris squalore maceratus, postremò capitis obruncatione gloriosam martyrij palmam adeptus est. Cuius reliquias beatus Syluester profunda nocte rapuit: spreta que Tyranno- rum crudelitate, cum hymnis & psalmis ac- cedente Melchiade Papa sepulturæ honorificè mandauit: quæ tamen postea fuere à Theodoro pia matrona in horto suo, non longè à B. Apo- stoli Pauli sepulchro via Ostiensi sepultæ; ac in eius tandem Basilica honestissimè colloca- ta. Quam ob rem ab vrbis Præfecto Tarqui- nio Perpenna comprehensus, cunctas Timo- thei facultates iussus est prodere: ni mallet omni suppliciorum genere consumi. Instabat Præfectus: vrgebat, minas & horrendos crucia- tus intentabat: ni ilicò opes Timothei pande- ret. Sanctus autem mentis oculis præsens Dei iudicium mirabiliter præuidens, Euangelica *Lucæ 12.* voce respondens: Hac nocte, inquit, animam à te repetent, & tu intentatas minas quomo- dò ad effectum deduces? His verbis commo- tus sanè Præfectus arctioribus vinculis Sylue- *Syluester . mittitur in carceres.*

H h h . a . . . . .

*Vitio diuina  
in Prefeſſu.*

frum conſtringi iuſſit. Ipſe verò imminentis periculi ignarus miſer, inter epulas meridianas piſciculi generis fortè laucioris os imprudens deglutiuit: quod gutturi fixum diuinitus in hærens, infelicem animam media nocte miſero excuſſit. Hoc cum idolorum cultoribus haud mediocrem incuteret timorem, tum beato Sylueſtro libertatem reſtituit; tantamque uenerationem, tam apud fideles, quàm infideles, conciliauit.

Vt paulò poſt, beato Melchiade ex hac vita ad meliorem translato, omnium uotis ad ſummum illud honoris culmen euectus ſit. Inuitus planè & ægrè gradum illiù dignitatis conſcendit. Sed cùm neque precibus, neque obteſtationibus, declinare poſſet: quod reliquum erat, animum ad Chriſti Eccleſiam omnium uirtutum ſplendore illuſtrandam adiecit. Et primò quidem cum clericos, & ſacræ militiæ conſecratos, mercimonijs alijsque rebus ſecularibus parùm honeſtè vacantes inueniret, primus omnium lege cauit, vt omnes in ſacram Chriſti militiam adſcripti negotijs ſecularibus planè ualere iuſſis, rebus diuinis ſedulò intenderent: Reperitur non multò poſt tempore celeberrimæ illi contrà Donatiſtas Are-

*Pis Romanus  
Pontifex.*

*Secundam  
ſed D. Pax.  
U 2. Tim. 2.  
Nemo miſi  
ams Deo,  
etc.*

*a Anno  
Chriſti 314.  
Prefuit Con-  
cilio Arela-  
ſenſi, contra  
Donatiſtas.  
Ariani in O-  
riente expur-  
guit.*

lati in Gallijs a celebratæ Synodo præſuiſſe; quanquàm per legatos tantùm: eodemque tumultuantes ad tempus multum compreſſiſſe. Biennio autem plus minus elapſo, cum Orientalis Eccleſia Arij hæreſi ubiq; concuteretur, ac uehementer exagitareretur, beatus Pontifex litteris Alexandri Alexandrinorum Antifſtitis de cunctis rebus geſtis certior redditus, quod

quod sui muneris præcipuè erat nequaquam prætermisit. sed egregiam in his componendis discordijs, & erroribus pullulantibus euellendis, nauauit operam. Misit siquidem tunc Osium *Ad eos aliof- que compri- mendos Ofi- Antistitem Cordubensem* Episcopum Cordubensem, clarissimum confessione & eruditione virum, legatum in Orientem: ut in Aegypto vel alio, ubi opus esset, si quo pio modo posset, excitatum per Arium *eo dirigit.* aliosque schismaticos incédium extingueret, rixasque sedaret.

Tractabat eo quidem tempore imperij gubernacula Constantinus varijs præcedentibus signis ac visionibus diuinis, inclytisque victorijs, factus ergà Christianam religionem propensior ad tempus: à qua importunis impiorum quorundam suasionibus, cum auitam superstitionem aliqua saltè ex parte resumpisset, penitus ferè, non multò post tempore, est reuocatus: ac fluctuans eius animus in deteriora propulsus. Vndè infensissimi Christiani nominis *Constantino parum tepescente in pietate, vexantur Christiani.* hostes, tam opportunà nacti occasionè, fideles præter spem haud modicè vexarunt, atque inuitos ad eorum sacra pertraxere. In ipsum quoque totius Christianitatis Antistitè, tanquam in aduersaria partis antesignanum, retentum diu ac metu cõpressum furorè magno impetu effudere; quorum impetuoso aggressui ad tempus esse cedendum, B. Pontifex cõsultius arbitrans, ne suo capite vniuersam Ecclesiam in maius conijceret discrimen, quòd Imperator procul esset ab vrbe: eadè relicta in montem Soractem *Latitas in monte S. Syluester.* cum suis sese abdidit: ubi precibus & lachrymis afflicta Ecclesie membra curabat.

Interea Deus, qui suos paterna prouidentia

Hhh 3 sem-

*Constantinus  
pietate profus.*

semper & ubique fouet Imperatorem horrenda foeditissimaque lepra contagione percussit; qua cum nulla medicorum arte, nullis medicamentis fugari posset, abiecta spe salutis, inter omnes honores & diuitias potentissimus Orbis Monarcha miserè contabuit. Accedunt ad illud idolorum Pontifices, aiunt vnicam hanc superesse consequendam salutis spem: si corpus lepra foedatum in sanguine infantium, bulliente adhuc atque exhalante, diligenter lauet. Quid multis? Missi per provinciam satellites, infantes à matrum complexibus verberisque auellunt: adductosque in Capitolium, certo praefinito die, ad necem preparant. Adest Imperator, ut nefaria innocentium caede magis se magisque contamine- ret. Adfunt & matres miserabili valde euulatu regiam & Capitolium, & totam denique urbem implentes. Horret repente tantos tamque lamentabiles clamores Constantinus: nefandumque facinus, quo pollendus erat detestans, à Capitolio in regiam reuertitur. Iubetque sine mora innocentes matribus reddi infantes; earumque luctum atque lachrymas donis insuper atque muneribus placari; satius esse dicens, se vnum foedo morbo intabescere: quam tantam innocentium multitudinem, cum incerta salutis spe, crudelissima internectione deleri.

*Detestabile  
consilium ad  
sanitatem  
corporis  
sequendam.*

*Constantinus  
detestatur  
consilium.*

*Visto Constantinus  
In per-*

*petis.*

Itaque damnato execrando Pontificum consilio, cum in regia nocte quadam leni oppressus sopore cubaret: ecce visi adesse viri duo, veneranda canitie graues, Petrus & Paulus; qui corporis non modo sed animae quoque salutem spondebant sempiternam; quod infantibus pietatis affectionis affectu commotus vitam donasset.

fer: eorumque salutem propria chariorem habuisset. Monent igitur ut Syluestrum in monte Soracte latitantem accersat: salutari per eum fonte à corporis animæque sordibus expiandus. Hac visione ab oculis ablata, Imperator Syluestrum dictum factum omni cum reuerentia ad se adduci curauit: adductumque compellans; Dic, inquit, num qui apud vos Petrus & Paulus dii habeantur. Respondet Pontifex: Vnum tantum, cæli terræque conditorem, Deum esse, Petrum verò & Paulum Dei seruos Christi que discipulos, à Nerone pro fidei confessione, martyrio coronatos è vita migraisse. His auditis eorum effigies sibi exhiberi postulans Imperator, re ipsa cognoscere voluit, veranè visio, an somnij quoddam ludibrium esset.

*S. Syluester à Constantino è monte Soracte Romanam adducatur.*

Visis verò imaginibus, tanto est perfusus gaudio, ut nihil iam de rei veritate dubitans, protinus sibi cæleste lauacrum exhiberi vellet. At Syluester: Non ita, inquit, è Imperator, dona illa cælestia conferuntur, sed lachrymis primùm precibusque Deo tibi placandis: deponenda purpura & regium diadema; nefaria idolorum superstitio funditus extirpanda: & Christiani in carceres & vincula coniecti, protinus relaxandi. Nihil recusauit Constantinus, Itaque, posito diademate, post dies septem in luctu lachrymisque ac precibus cum ieiunio transactos, catechesi iam probè instructus, ad salutarem fontem intra Palatium Lateranense præparatù (vbi hætenùs eius visitur Baptisterni) accessit: moxque, ut vnda cælesti tinctus est, affulsit cælitus diuinus splendor ful-

*Petit baptisma Constantini.*

*De excellentia huius fontis, vide Baron Tom 3. Anno Domini 11324.*

Hhh 4

gidif

11324.

*Sanatur à  
terra Con-  
stantinus per  
Baptismum.*

gidissimus; squamisque à corpore in lauacrum decidentibus, sanus planè atque purus, ingenti omnium admiratione, egressus est: confessus palàm, eo fulgore sibi manum porrigentem Christum vidisse.

Exoritur subita gratulatio; audiuntur ubiq; voces lætitiæ: edictum ab Imperatore promulgatur, ne quis deinceps Christi cultoribus vel solo verbo molestiam exhibeat. Neque ad suscipiendâ Christiana sacra quisquâ impeditus sed nec cõpulsus est. Constantinus antè omnia ut Christo grati animi significationè ostenderet, eodemque pietatis ac religionis cunctos adduceret, magnificum in ipsa regia Christo Salvatore condidit a templum: & tum exemplo tum verbo immensas diuinæ bonitatis diuitias omnibus ob oculos statuit. Noua tunc lux oriri visa est Ecclesiæ. Gloriosa Christi trophæa erigebatur: Confessores è vinculis & metallis soluti prodibant; & tâquàm bellatores eximij, multis inclyti victorijs, de hoste prostrato triumphabant: cum eccè Iudæi videtes Christianâ religionem Imperatorijs quoq; splendoribus illustratam, ac præter spem admirabili amplitudine auctam atque mirificè propagatâ, maioribus quam vnquàm antèa odijs exarsere, & grauioribus inuidiæ stimulis exagitati, studuère cum matrem Helenam Augustam, tum ipsummet Constantinum Imperatorem, quibus valebant artibus, ac magia quoque, si potuissent, à suscepta Christiana religione iâ penitus reuocare: egereq; procacibus suggestionibus, importunis petitionibus, efficacioribus precibus, & clamoribus petulantibus, ut corâ  
ipsis

*a De eius  
magnificen-  
tia vide Ba-  
ron. ubi su-  
pra.  
Exiuit tẽ-  
plum Christo  
Imp.*

*Iudæorum  
impius cona-  
tus.*

ipsis in publico audirentur conuentu aduersus eandem Christianam religionem disputantes. Vbi sanè diuinus Pontifex tam egregiè eos tū per sacram scripturam cum per miracula (Domino cooperante) redarguit, confutauit atque conuicit; vt complures ex innumera affante multitudine, à superstitione Iudaica ac Pagana recedentes: exultantibus animis ad Christi castra conuolârint. Quo tempore & immanè draconem seu colubrum vrbi admodum infestum, quem Gentiles cultu diuino prosequabantur, in propria cauerna occlusum extinxit.

Titulum quoque suum in Regione tertia, iuxtà thermas Domitianas, quæ cognominantur Traianæ cōstituit; vbi conuocauit ac collegit amplam Synodum Antistitum Occidentaliū vltra 230. in qua Hyppolitum Diaconū, Valentinianæ hæresis sectatorem; Callistum, Sabellij hæresi maculatum; & Victorium qui receptos ab Ecclesia Paschales cyclos redarguere præsumpsisset, damnauit; Diaconos alios duos ordinauit: aliaque complura quæ pro propaganda stabiliendaque Orthodoxa fide facere videbantur disposuit, definiuit atque conclusit: cum interim contra quàm expectârat, res in Oriente legato suo Osio successe. Labore siquidem eius ob aduersariorum ac repugnantium pertinaciam casso reddito, peruicax contentio reconciliationem concordie impediuit. Vndè pro Dei Ecclesia zelo exastuans vir diuinus, Oecumenicum Nicænum Concilium, 318. sanctissimorum Antistitum conuentu celeberrimum, Imperatorio edicto indici, conuocari ac celebrari curauit:

H h h § quo

*A S. Siluestro publicè conuincitur, vnde & multi ad Christum conuertuntur.*

*Ab eodem Draco extinguitur.*

*Titulum ab eodem erectum.*

*Synodus Romana ab eodem collecta Anno Christi 324.*

*Eodem anno Ecclie celebratur vniuersalis Nicæna Synodus.*

de ab eo con-  
firmatur an-  
no Christi

325.

En antiquā  
consuetudinē  
Ecclesiarum pi-  
eturū sacris  
ornandi.

S. Romanum  
virginem  
baptizauit.  
Orinationes  
eius sacra.

Felicitissimus  
eius obitum.

Locum sepul-  
turalis.

quo & legatos tres, quorum primarius erat O-  
sius, direxit: atque id ipsum tandem consum-  
matum Apostolica auctoritate confirmavit.  
Ecclesias urbis mira amplitudine à Constanti-  
no erectas sacris picturis suæ musiuo opere,  
sive coloribus exornauit. Eius plantatio fuit  
nobilissima virgo, Romana nomine; filia  
Calpurnij Præfecti urbis; quæ ab eodem bap-  
tizata perpetuam coluit virginitatem; cuius  
Natalis dies 7 Calendas Martij adscripta ta-  
bulis ecclesiasticis, anniuersaria commemora-  
tione in Ecclesia perseuerat; coliturque Tu-  
derti præsertim; ubi eius venerandæ reli-  
quæ afferuantur. Fecit ordinationes sex per  
Mensem Decembrem; Ordinauit Episcopos  
per diuersa loca 65. alias 36. Presbyteros 42.  
Diaconos 26.

Hæc pauca ex plurimis tanti Pontificis præ-  
claris rebus gestis memoriæ commendata cõ-  
periuntur; quæ licet in terris nobis obscuræ,  
Deo tamen, Angelis, & hominibus, satis per-  
spicua atque conspicua in cælis apparent: ad  
quorum inclyta Regna tandem sacratissimus  
præful, meritisque bonorum operum glorio-  
sissimus, solutis mortalitatis vinculis lætus  
conscendit; summum pijsissimo Imperatori, cõ-  
terisque fidelibus sui relinquens desiderium à  
quibus sacrum eius corpus honorificè est ter-  
ræ mandatum in cæmeterio Priscillæ, via Sa-  
laria, apud urbem milliario tertio. Dignus sane  
cuius nomen Solenni celebritate, anniuersaria  
commemoratione recolatur; ut porè Sa-  
cerdotis verè magni; Pontificis maximi, Prin-  
cipis Episcoporum; hæredis Apostolorum; qui  
& pri-



& primatu alter Abel; gubernatu Noe; patriar-  
 chatu Abraham; ordine Melchisedech. dignita-  
 te Aaron; auctoritate Moses; iudicatu Samuel;  
 potestate Petrus; ac denique extitit auctori-  
 tate Christus: cuius Diuinitatis magnus propug-  
 nator enituit ac propalator eximus; cui me-  
 ritò post Petrum, eiusdem dogmatis primum  
 ac præcipuum assertorem, tantum debeat Ec-  
 clesia, quantum alij de ea quam optimè meri-  
 to: ac propterea dignissimus existit, vt in eius  
 memoriam non Romæ modò, hoc est, in pri-  
 maria vrbe ipsius patriæ, verùm in omnibus  
 Christiani orbis ciuitatibus, ad ipsos vsque  
 extremos Antipodas, insignes basilicæ erectæ,  
 vel oratoria atque sacella, & aræ Deo dicen-  
 tur.

MARTYRIUM SANCTISSIMÆ VIR-  
 ginis Columbae. Ex antiquissimo M. S. Codici-  
 bus. a Passa est anno Christi 275. Eutybiani  
 Pape i. Aureliani Imp. 5.

**A**URELIANVS, qui anno ducentesimo  
 septuagesimo primo ad Romani Imper-  
 rij est euectus gubernacula, primo qui-  
 dem Christi fidelibus haud multum infestum  
 sese exhibuit: sed impiorum mox deprauatus  
 consilio, sopitam acriter suscitauit pertecu-  
 tionem. Atque inter ceteras Christi martyrum  
 turmas, sanctissimam virginem generis nobi-  
 litate & corporis animique specie valdè con-  
 spicuâ, nomine Columbam, à fidei pietatisque  
 constantia ad nefariû deorum cultû traduce-  
 re conatus est. Ingressus enim urbem Senonis,  
 die illo, quo magno Christianorum gaudio  
 Salua-

Præclaro hoc  
 encomio diè  
 obit: hanc  
 huiusmodi  
 in Pontificis  
 exornat C.  
 Baron. Tomo  
 3. Annal. an-  
 no Christi  
 335.

Teste C. B.  
 ron. Tom. 2.  
 Annal. vide  
 Not. Mar-  
 tyr. Rom.

31. Decem-

Mouet perse-  
 cutionem  
 Aurelianus  
 in Christia-  
 nis.  
 Conatur per-  
 uertere S.  
 Columbanam

Saluatoris natalitia recoluntur, cum stupenda  
piæ Columbæ virginis audiret opera, eâ pro-  
tinus accersiri, suoque tribunali sisti iussit.

*Aurelianus  
ei blanditur  
& promittit  
nuptias filij  
sui.*

Illa fidei armis egregiè munita, magno &  
excelso animo in certamen prodijt: cui Aure-  
lianus deorum cultum blandis primum verbis  
persuadere conatus est. Addidit promissa inge-  
gentia, & filij quoque sui sponndit coniu-  
gium. Illa verò & nuptias & promissa respu-  
te, Aurelianus sui contemptum non fetens;

*Ducitur ad  
lupanar.*

Aut sacrificabis, inquit, aut virgineo spolia-  
ta pudore igne coucremaberis. Nec moras  
Virgo, Christi potentia ac bonitati confisa,

*Defenditur  
mirabiliter  
ab Vrfa.*

nihil vel supplicij atrocitatem vel castratis  
iacturam verita, ad prostibulum deducitur.  
Adest confestim iuuenis, cestro libidinis ve-  
hementer incensus, Barucha nomine; qui  
violento impetu in cubiculum irruens, flo-  
rem virginitatis castissimæ Virginis se viola-  
turum sperabat. Eum Columba dum omni ra-  
tione à se repellere nititur, eccè ex amphitea-  
tro vrfa immanis, solutis vinculis, in lupanar  
insiliit; iuuenemque humi prostrauit. Excla-  
mat miser, & opem sanctæ virginis implorat.  
Hortatur illa impudicum, vt scelerum suorum  
pœnitidine ductus, Iesum inuocet: seseque to-  
tum ei sincera atque integra fide cõmittat. Mi-  
ser ille periculi sui magnitudine compulsus,  
Iesum inclamat: liberatur ab Vrfa: & domo  
egressus Iesum, stupète Aureliano, verù Deum  
confitetur.

*Falsè exu-  
râ tyrannus.*

Tyrannus verò furore incensus domunculâ  
virginis copioso igne circumdari, & flammis  
eam consumi iubet. Flammis exurgentibus  
bel-

bellua, impetu facto, è periculo se eripit; virgo verò precibus diuinam Christi opem implorans imbrem è cælo impetrauit: qui sæuites flammæ protinus oppressit. Aurelianus rei nouitate obstupefactus quidem est scelerum suorum tenebris occæcatus, Christi potentiam non agnouit: sed maleficijs & præstigijs cuncta adscribens, virginem in Christi bonitate & potentia mirificè exultantem, capitis, primo ab urbe milliario, damnauit. Quo perducta, instanti precatione agonem suam Deo commendans, niueam ceruicem ensi carnificis constanter subdidit: & gloriosam martyrij coronam pridè Kalendas Ianuarias adeptæ est.

*Extinguitur diuinitus ignis.*

*Decollatur.*

VITA S. \* MELANIÆ IUNIORIS; NOBILISSIMA MATRONA ROMANA: Ex ea quæ est à Metaphrast. fideliter conscripta. Floruit anno Christi 434. &c. sub Theodosio Imp. Iuniorè.

*\* al. Melana Vide Tom 5. Annal. & Not. Martyr. Rom. C. Baron.*

**S** Melania clarissima celeberrimæq; Urbis Roma oriunda, à nobilissimis clarissimisque parentibus quartodecimo ætatis suæ anno, inuita planè viro, genere & ætate, & cunctis opibus florentissimo, a Piniano nomine, sacro matrimonij vinculo copulata fuit. Porrò illa virginæ castitatis amantissima, corpus simul & animam soli Christo consecrare cupiebat: sed Pinianus, de hærede sollicitus volentem nolentemque matrem filiorum efficere conatus est. Itaque viri subiecta imperio; difficiles partus experiri coacta: primo filiam enixa est, quam protinus Deo consecrauit. Indè verò sanctioris vitæ cupi-

*31. Decem. Alias Ianuar. 31. a sic restitutum censet C. Baronius. Tungitur viro inuita. Parit filiam Deo eam consecrat.*

*Vititur cili-  
cio.*

*Parit filium  
sed is mox  
decedit.*

*Veniunt am-  
bo castitati.*

*Relinquant  
Vrbem.*

*Seuerus fra-  
ter Piniani  
eos infestat.*

cupidissima, cum nullo modo continentiam viro persuadere posset, fugam cogitabat. Sed cum id Deo hominibusque ingratum fore esset admonita, quod reliquum erat, pompis mundi & delicijs vniuersis ab animo repulsis, cilicio sub splendida & sumptuosa veste carnem domabat. Hoc futuræ exercitationis præludium strenuè viriliterque exercens, masculum deinde peperit infantem; vnicam paternæ hæreditatis spem: quæ tamen immatura eius morte breui sublata fuit. Porro in vltimo illo partu, tantis est conflictata doloribus, vt maritus & reliqui omnes certissimæ mortis nuncium expectarent. Illa verò iam mortis terrore penè oppressa, cum intelligeret maritum in templum ad aram cõfugisse, diuinumque auxilium implorare, arbitrata adesse tempus pio mentis desiderio satisfaciendi summè idoneum: benignè admodum eum hortatur, pro vitæ conseruatione, vt vel deinceps perpetuum continentiæ votum vnâ secum amplectatur. Pater is lubens vxoris voluntati: paribusque votis se Deo consecrant. Parentes, re intellecta, grauiter indignati, continentiæ & vitæ sanctioris institutû conuellerent, atque ad pristinas delicias & mundi splendore eos reuocare conantur. Illi verò igne diuini amoris iam vehementer incensi, Vrbe relicta, ad suburbana se cõferunt: vbi è Christiana disciplina peregrinis quibuslibet salutaria documenta, & egenis admirandæ benignitatis officia sedulò exhibebant. Quo tempore Seuerus Piniani frater dictis sacrilq; eos oppugnans; infano dæmonis instinctu nihil non moliebatur; vt ran-

vt tantam tamque eximiam eorum philosophiam, quæ in oculis omnium mirificè relucebat, obliuisceret.

Verina Augusta fama virtutum eorum per-  
 mota, Melaniam accersit; tantoque cū honore  
 uenientem excepit: vt etiam foelicem se ac bea-  
 tam prædicaret, quod tanta virtute foeminam  
 cōspicere meruisset. Cnmque de illata per Se-  
 uerum iniuria audiuisset, illamque digno sup-  
 plicio vindicare statueret, Melania respondēs,  
 An non inquit, satius est iniuriam pati quam  
 inferre? Itaque nos quidem grauiora excipere  
 parati, pro solis egenis pauperibusque suppli-  
 camus: vt liceat ijs ex proprijs facultatibus li-  
 berè, represso Seuero, consulere. Obstupuit sa-  
 nè, nec immeritò, tantam in Melania virtutē  
 Imperatrix: fecitque votis eorum satis. Alii au-  
 tem è regia domum reuersi, mox plenis mani-  
 bus opes distrahere immensam auri & argen-  
 ti vim pauperibus erogare: & benignitatis o-  
 pera incredibili alacritate exercere. Tanta  
 enim erat diuitiarum eorum gloria, vt Roma-  
 norum nemo, excepto Imperatore, cū ea pos-  
 set contendere. Erat eis Romæ splendida &  
 magnifica domus, ceterarum diuitiarum argu-  
 mentum; quam nullus ciuium iusto pretio e-  
 mere potuit.

Verumenimuerò his omnibus maximo a-  
 nimo spretis, virilis animi matrona paupe-  
 rem & abiectam in Christo elegit vitam; om-  
 nibus, quæ possidebat, ita in pauperes & cæle-  
 stis vitæ cultores monachosque erogatis: vt ipsa  
 pane interdū arido, potuque pertenui vteretur.  
 Vini vsus prorsus ei incognitus erat: & heb-  
 domas

*Verina Au-  
 gusta eā ad-  
 miratur &  
 magnificat.*

*Egregia in  
 Melania  
 virtus.*

*Distraxerunt  
 facultates  
 suas.*

*Diuitiarum  
 Melaniae in-  
 signa.*

*Magne eim  
incredi-  
biles absti-  
nentie.  
Dai operam  
scripturis.*

domadarum inedia (quod mirum videri haud immeritò potest) carnem frequenter macerabat. Ceterum diuinis eloquijs die nocteque sedulo intenta, conscribendis libris strenuam in primis nauabat operam: corporis refectione post Solis occasum reseruata: quæ tamen non tam refectione, quam noua afflictio videri poterat.

*In lignea ar-  
ca arctissime  
degit annos  
septem.*

Post hæc verò maiora adhuc animo proponens, ligneam arculam corpufculo suo ita adaptauit, vt membra integrè nunquam posset extendere: in qua annos continuò septem pulchrum sanè exegit certamen. Et hæc quidem omnia, in terra peregrina, ciuitate, quæ Tagaste dicitur: ne in patrio solo cognatorum blanditijs à contento pietatis cursu tardaretur. Deindè verò visendi sacra loca desiderio tacta,

*Adit loca  
sacra.*

matre & Piniano marito comitibus, Alexandriam nauigauit: vbi pijs sanctissimi Sacerdotis Cyrilli instructa colloquijs, cælesti gaudio plena Hierosolymam abiit: ibidemq; matre lenio prægrauata relicta, monachorum dein in Aegypto domicilia lustrauit. Ibi hausta sanctioris adhuc vitæ forma, mox Hierosolymam repetiit; virginumque cœnobium nonaginta Christi famulabus erexit celeberrimū: quibus ea cum gratia ac virtutum splendore præfuit, vt angelicæ in humanis corporibus mētes apparerēt. Pinianus quoque pari sanctitate conspicuus in monachorum contubernio sese exercebat: ac tandem plenus bonorum operum è corporis ergastulo ad cælos foeliciter emigrauit.

*Item Aegy-  
ptum.*

*Construit  
cœnobium  
virginum.*

*Degit in mo-  
nasterio vir-  
ginitatis.*

Melania verò præter alias, procedente  
tem-

tempore, præclaras res gestas, Volusianum patrum suum nobilissimum pariterque discretissimum urbis Romanæ Præfectum, Paganismi tenacissimum (quem datis acceptisque frequenter literis B. Augustinus ad Christi fidem conuertere frustra laborauerat) Constantino- poli, quò legatus ad Eudociam Imperatricem missus, eam videndi auidus accierat, ad Christi tandem traduxit castra: ac paucis post diebus è præfenti vita, percepto primùm Eucharistiæ viatico, ad beatam immortalitatem præmisit. At propria dein reuersa, miraculorum gloria abundè fuit illustrata, Dæmoniacam siquidem mutam oleo sacro pristina restituit sanitati; aliaque complura operata est mirabilia: quæ singula hic recensere, prolixam nimis exigerent orationem.

Cæterùm cum finem consummandi cursus instare prænosens, denuò loca sancta eximia deuotione obiisset, monitaque ubique salutis impigrè dedisset; in validam tandem corporis incidit infirmitatem: qua se penitus deficere, emigrationisque diem adesse sentiens, ilicò dilectum sibi commissum gregem conuocatum, pieq; matris discessum multo lachrymarum imbre deplorantem, ad anteriora assiduo tēdere grauitè est adhortata: multisque dein verbis eundem consolata, ad innumeram adstantem multitudinem per vtilem quoq; fecit admonitionē: ac tandē ab Eleutheropolis Antistite, cui multa de suo grege mandat, Ecclesiasticis munita sacramentis, soluto mortalitatis ergastulo, ad sidereas transuolauit læta mansiones; vltimo mensis, Decemb. die.

*Claruit complurimis eximijis miracul.*

*Præfuit diem obitus sui.*

*Migrat in celum.*

DE SOLENNITATE DEDICATIONIS  
Ecclesie; Ex R.P. Friderico Nausea: Amis-  
tate Viennensi.

Quam anti-  
qua Dedicatio-  
nis Eccle-  
siae solennitas.  
Genes. 28.

Daniel. 9.  
Apoca. 19.  
1. Tim. 6.  
Comprob t  
eã Christus.

Joan. 10.

TEMPLI Dedicatio nẽ & huius anniuersariam solennitatem ac institutionem non esse recẽtem, sed omnium planẽ vetustissimam exploratissimum est; vtpotẽ quã primũ à Iacobo olim Patriarcha visione præsignata, per Israelitas, Domino mandante, ter in anno fieri celebrariq̃e cœperit. Quã deinde successione multò longissima in veteri testamento per viros sanctissimos non sine laude & deuotione frequentata fuit & obseruata, vsque ad nouum testamentum; In quo nimirũ Christus Rex regum & Dominus Dominantium, y-nigenitus Dei filius, vnicus saluator noster, author omnis boni, satis euidenter dedicationẽ ipsam, & eius festiuam solennitatem approbavit, confirmavit, sibiq̃e eam esse gratissimã non vna sed multiplici ratione conmonstrauit; tum quia tempore Encaniorum, idest Dedicationis, templum singulariter visitauerit; tum quia ibi sermonem ad populum fundere, diuinitatisq̃e suã sacramenta pandere dignatus est. Vnde non potest non apertò constare, quã rectẽ quãq̃e piẽ Catholica Ecclesia veritatis columna & firmamentum Solennitates Dedicationis tẽpli singulis annis celebrari constituerit; ac in hunc vsque diem toto terrarum orbe seruauerit; vtpotẽ quã Instrumenti veteris approbatione, visionis præsignatione solennis comprobetur, confirmetur, quẽ visitatione IHESV CHRISTI: nobis exem-



exemplum, quod imitemur, in seipso præben-  
tis.

Est autem in præsentia dedicare nihil aliud, *Explicat'o*  
quam rem quampiam alicui non modo pecu- *verbi dedit*  
liarem, sed & ita propriam facere: ut deinde *care.*  
non possit alterius esse, nec nisi ad ipsius solius  
vsum fore. Ita Dedicatio tēpli est, qua domus *Dedicare*  
ipsa materialis, ita Deo singulariter est conse- *templum*  
crata & addicta, ut nullius deinde nisi Dei so- *quid.*  
lius dici possit; nec aliud in ea debeat agi: nisi  
quod ad illius honorē est; cuiusmodi est, Deo  
Opt. pro beneficijs acceptis gratias agere, sup-  
plicare, orare, verbum illius prædicare & au-  
dire, sacrificia offerre, psallere, sacra ministra-  
re sacramēta; & si quid huius est generis aliud,  
quod ad sanctitatem illius attinet, quod ad tē-  
plum Dei quasi rem peculiarem ipsius perti-  
net; dicente ad ipsum propheta. *Domum tuam de-*  
*eci sanctitudo Domine, in longitudine dierum.* Et rectē *Psal. 92.*  
nimirum vereque; cum in hoc loco peculiari- *Daniel 9.*  
ter ille sit ac habitet, qui sanctus est sanctorū; *Exodi 3.*  
de se dicēs ad vnumquemq; in persona Moysis;  
*Solve calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo*  
*stas, terra sancta est.* Cuius præterea sanctitatem,  
quæ tribuitur illi per benedictiones Episcopi  
in Dedicacione, Dominus etiā in eo declaruit,  
quod indignabundus, facto de funiculis fla-  
gello, vendentes, ementes, & nummularios  
eiecit de templo, mentisq; illorum iuberit  
dicens: *Auferte ista hinc & nolite facere domum*  
*Patris mei domum negotiationis. Scriptum est enim; Do-*  
*mus mea domus orationis vocabitur; vos autem fecistis*  
*eam speluncam latronum.*

Ex ijs licet animadvertere, quam horrendē  
lii 2 peccent

*Qui in Ec-  
clesijs graui-  
ter peccent.*

peccent ij, qui vel negotijs prophanis, vel turpibus fabulis, vel inutilibus & ociosis verbis intendunt in templo; vbi velut in quodam profano foro spatiantur. Qui cum verbum Dei prædicatur, oculos in contemplandis mulierum formis pascunt; satanicis inspirationibus præbentes locum; nullus vt fructus ex bono semine iacto colligatur. Qui ministros Ecclesiæ suæ orantes, suæ cantantes, suæ sacrificantes nullo habent in pretio; sed eos perturbant potius ac impediunt. Sed enim quod huius temeritatis est caput, crebrò tales nec temporum nec locorum sacrorum religione vlla tanguntur; atque idcirco non magis quam Iudæi vel Ethnicis: Diuinam maiestatem in templo vsque præsentem suspiciunt atque venerantur. At verò hi præ cæteris (cū damnabilibus multò peccent) magis sunt deplorandi; qui cum ætate nostra odio Ecclesiæ Vaticanæ flagrent, si ante hæc vnquam, nunc suum hæreticum spiritum & barbaricum furorem orbi clarissimè produnt; quando Catholicis templis nullum concedunt honorem, & omne pretiosum auferunt omnemque tollunt ornatum; & spoliandi quidem ac vastandi nullum faciunt finem; veluti rem Euangelio dignam & sanctam peragant, si inter fas & nefas, inter sacrum & profanum nihil discriminis ponant: omnemque cultum diuinum abrogent ac pessundent.

*In Nouis-  
ses.*

Nos verò quoties anniuersarius dies templi dedicati recurrit, eandem sacram ædem libenter inuisamus, nostraque vota & quæ maximè petenda ducimus, æterno Deo tunc ardenter offera-

offeramus atque commendemus. Si enim Dedicacionis dies illis qui sub vmbra vixerunt & figura, tã fuit celebris & venerabilis, quantæ nobis debet illa esse celebritati & veneracioni, qui viuimus in luce & veritate IESV Christi? maximè propter mysticam dedicacionem templi spiritualis, quod nos sumus: quam illa significat, & ob eam hæc ipsa potissimum est instituta? Sanè si rem ipsam penitus & huius mysterium paulò diligentius inspexerimus, profectò resciamus dedicacionem sacri templi, nostram dedicacionem significare: qua nos primùm non secus per fidem in sacro baptis- mate Deo sumus ex gentilitate recepti & dedicati, atq; domus Dei materialis; cum & nos ipsius domus simus spiritualis: in qua spiritua- liter per suam gratiam vult inhabitare; cuius quodammodò testis est templum materiale & eius dedicatio.

Sed .n. per eam admonemur nostrę dedica- tionis; qua primùm, vt diximus, sumus ex hoc mundo & à diabolo per fidem in baptismo ere- pti, soli q; Deo creatori nostro sic peculiariter appropriati, consecrati & dedicati, vt eius so- lius postea essemus; nec aliud in nobis & à no- bis ageretur, quàm quod sanctum esset, Deo q; gratum: cum domus essemus Dei: quam sancti- tudo nec aliud deceret. Atque hinc est, quod ex Ecclesiæ Catholicæ institutione semper in cu- iuslibet Ecclesiæ Dedicacionis festo legi can- tarique soleat Euangelium de Zachæo; cuius domui, id est, animæ & cordi facta est salus. E- tenim & nos olim fuimus Zachæi, publicano- rum quippè ante fidem & baptismũ principes:

Iii 3 quia

1. Pet. 2.  
2. Corint. 6.

Dedicacione  
Ecclesiæ  
quid doceamur  
spiritualiter.

Psalm. 92.

Lucæ 19.  
Roman. 1.  
Ephes. 2.

1. Corin. 3.

quia gentiles & idololatriæ; parui omnino  
 gratia, magni verò peccati enormitate; donec  
 ascendimus in arborem sycomorum, quæ fa-  
 tua dicitur arbor, qualis est ( teste D. Paulo )  
 Christi crux & eius fides; donecque Christus  
 ipse nos per gratiam suam descendere iussit, &  
 ad fidem suam vocavit; per quam esset in no-  
 bis, ut in suo spirituali templo habita-  
 turus: donec cum eo essemus  
 regnaturi in templo  
 cælesti.



MARTY.



